# LOCI COMMVNES IVRIS CIVILIS.

*

*Ex mendis tandem, & barbarie, in gratiam studiosorum utiliter restituti.*

ADDITA SVNT

Præsumptionum ferè omnium, quæ in foro frequentantur, Exempla,

CVM

IOAN. OLDENDORPHII

*Epistola nuncupatoria.*

*

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM

LVGDVNI,

1551.

# ERVDITO ATQVE PRVDENTI

uiro, D. Petro Zaſsio, Senatus Ro-
ſtocenſis à ſecretis, longè
diſertiſsi-
mo,

## IOAN. OLDENDORPIVS
S. P. D.

EDITVS *fuit annis ſuperioribus, neſcio quo autore, libellus, Ornatiſsime uir, titulo admodum plauſibili: ut qui flores legum exhibere uideretur ſtudioſis. Hunc & ego nactus, ſolebam apud auditores meos ideo cõmendare, quòd* Locos *ex iure ciuili communes, ipſis duntaxat* Iuriſconſultorum *ſententijs adprobaret, nullis ferè aut gloſſarũ, aut commentatorum uſus teſtimonijs. Placuit item Alphabetica propoſitionum digeſtio, per quam lector uehementer adiuuari ſolet. Cæterùm, mendis adeò ſcatentem, atque neglectu calcographorum deprauatum circumferri, ſicut & alia multa, deplorabam: ut nullum planè uſum aut in ſcholis, aut in foro præſtare poſſet.* Hæc *cùm ſemel atq; iterum ex me audiuiſſet in Academia hac Marpurgenſi* Michaël à Boldevvan*, optimæ ſpei adoleſcens, ſumpſit libellum, me nihil minus expectante, in manus: & ecce breui tempore locos iuris non ſolùm puritati reſtituit: ſed uerba quoque autorum adiecit, & utilitatem rei mirum in modum adauxit.* Ego *certè uidens oblatum mihi libellum, admirabar adoleſcentis ingenium, & cùm primis agens* Deo *optimo maximo gratias, exoſculatus ſum egregium illius ad iuuan-*

 dam

*dam Rempublicam ſpecimen, quod non certiori argumento nobis edi poterat: congratulatus interim mihi, ut qui operam inſtituendæ iuuentutis ſcholaſticam huc uſque tam feliciter collocaſſem.* Proinde, *officium meum profitendi publicum exigebat, ut tam utilem libellum, nunc* Michaëlis *noſtri, ob repurgationem meritò factum, omnibus ederem* Iuſtitiæ *ſtudioſis:* Hoc *eſt, illis, qui certas habere, atque finitas deſiderant regulas, ad quas ſuas in* Republica *definitiones, reſponſa, traditiones denique politicas, tutò poßint exigere.*

*Atqui ô utinam multi tales extarent indices locorum uniuerſi iuris ſuccincti, quorum uſus profectò numeroſa commentariorum repertoria longè uinceret: ſi modò ulla fuerit inter certas æquitatis ſententias, & deſultorias altercantium opiniones admittenda comparatio.* Nam *ſi in commentarijs utcunque inuenias theſes quæſtioni tuæ reſpondentes, uel ſaltem adfines: ambigens tamen, num ab alijs probentur, an improbentur, incertior abibis multò, quàm aduenerras, ſicut* Terentianus *ille conqueritur:* Tibi *autem huius æditionis dedicatio omnibus modis debetur.* Quandoquidem *enim in reſtauranda apud uos Academia, ſtrenuam cum* Senatu *nauaſti operam, & tandem honeſtißimi* (Deo *gloria) uoti es compos: meritò haſce tibi patricius ueſter* Michaël *refert gratias.* Siquidem *patrem eius* Henricum *à* Boldewan Conſulem, *quotidie coràm uides in* Senatu, *omnium maximè ſemper optantem, ut uerbum* Chriſti, *& dona eius bonæ literæ,* Rempublicam *ſibi concreditam uerè illuſtrent.* Cur *non filius quoque, paterna ſecutus ueſtigia, gratitudinis tibi exhibeat argumentum nomine communis patriæ, quam utraque re adornaſti?* Præſertim, *quòd non ignorat te ſtudiorum ſuorum, ad quæ deſtinatus eſt, conſultorem etiam priuatum fuiſſe patri ſuo humanißimum.* De *meis quæ tibi*

debeo

debeo officijs, aliàs dabitur melior scribendi occasio. Interim, Compater dulcissime, rogo te atque obtestor, ut quod in hoc ipso libello puritati restituto, uides à Michaële nostro factum: id tu in Academia urbis uestræ restaurata efficias: nempe, quò iuris, & æquitatis disciplina posthac rectè in ea tradatur studiosæ iuuentuti, quæ Reipublicæ gubernandæ seminarium est. Memento, sine constantibus scholis, non posse Respublicas bene constitui. Id quod stultorum magister Exitus hodie ponit nobis ob oculos ubique gentium. Addidi autem, in gratiam studiosæ iuuentutis omnia ferè Præsumptionum exempla, quibus in foro utimur. Sequetur item mox alius eiusdem farinæ liber, omnes rerum legitimarum definitiones complectens. Vterque proderit, (ut spero) & eruditis ad iuuandum alioquin labilem memoriã in causis forensibus: & tironibus iuris, quò communibus hisce iustitiæ principijs, ad exquisitiorem legum tractationem præparentur, scopo charitatis simpliciter inspecto. Vale in Christo felix. Datum Marpurgi. Calend. Ianuarij. Anno. M. D. XLV.

# LOCI IVRIS COMMVNES.

## A.

ABsentem *accipere debemus, eum, qui non est in eo loco, in quo petitur.* Non *enim trans mare absentem desideramus: sed si forte extra continentia urbis sit, abest. Cæterùm usque ad continentia non abesse uidetur, si non latitet.* Vlpianus *in l.absentem.ff.de uerbor.significat.*

Absentia *eius, qui Reipub.causa abest: neq; ei neq; alij damnosa esse debet.* Vlpian.*in l.absentia.ff.de reg.iur.*

Absentia *plus facit, quàm præsentia cum cōtradictione.* Vlpian.*in l.item si unus.§.Celsus quoq;.ff de recept.*

Absens *per distantiam loci habetur.* Pompon.*in l.sic, & tribus.ff.eod.tit.& l.mulierem.ff de ritu nupt.*

Abesse *res uidetur quatenus sum præstaturus.* Vlpian. *in l.planè.§.quod si rem.ff.de leg j.*

Abesse *non uidetur qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur.* Vlpian.*in l.absentem.§ abesse.ff. de uerbor.signific.*

Ablatiuus *absolutus facit conditionem.l.à testatore. ff.de condit.& demon.l.de submersis.C.de naufrag.*

Abigei *sunt, qui pecora ex pascuis, uel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur: & abigendi studium quasi artem exercent, equos de armentis, uel oues de gregibus abducentes.* Vlpian.*in l.j.in princip.ff.de abigeis.* & Nouell.*de his qui nupt.iter.§.si igitur.* Constitu. *xxij.* Aut *eorum(inquit) qui appellantur* Abigei, *quibus est cura alienis insidiari animalibus, aut iumentis, & ea transpon*

*transponere alibi.*

Abigeus *non est, qui bouem aberrantem, uel equos in solitudine relictos abduxerit: sed potius fur. l. j. ff. de abigeis.*

Abigei *ferro utentes in deprædatione grauiter puniri solent. Macer, in l. ij. ff. eod. tit.*

Abigeorum *receptatores decem annis relegantur. l. iij. ff. eod. Callistratus.*

Abrogare *legem est penitus tollere, derogare autem legi, est cum pars detrahitur. Modestinus. l. derogatur. ff. de uerbo. significat.* Vide infrà Derogare.

Actor *generali uocabulo, is est, qui agit, uel uocat alium in ius, quippiam ab eo petens in iudicio. l. in tribus. ff. de iudicijs. & l. iudicium. ff. fini. regun.*

Actor *agit quando uult: sed reus non. l. purè in fi. ff. de dol. mal. & met. exc. Paulus.* Nam *hæc perpetuò competit: cum actor quidem in sua potestate habeat, quãdo utatur suo iure. Is autem, cum quo agitur, nõ habeat potestatem, quando conueniatur. l. si quando. C. de dilatio.*

Actore *non probante reus absoluitur, etsi nihil ipse probauerit. l. actor. C. de probat.* Dioclet. *& Maxim. Actor, quod adseuerat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.*

*L. qui accusare. C. de edendo. Antoninus. Qui accusare uolunt, probationes habere debent: cùm neque iuris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit. cap. j. §. cùm enim. Vt ecclesiast. benefic.*

*L. res alienas. C. de rei uendicat.* Diocletianus, *& Maximianus*

*ximianus*: Res *alienas poßidens, licet iustam tenendi cau-ſam nullam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur.*

§.Commodum. Inſtit. de interdict. Commodum *autem poßidendi in eo eſt (inquit Iuſtinianus) quòd etiam ſi eius res non ſit, qui poßidet: ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare: remanet in ſuo loco poſſeßio.* Propter *quam cauſam cum obſcura ſunt utriuſque iura: contra petitorem iudicari ſolet.* & §. & *uerius eſt.* Inſtitut. de Legat. ibi, *Legatarium probare oportere, non hæredem.* Quia *ſemper neceßitas probandi incumbit illi, qui agit.*

L. *nimis graue.* C. *de teſtibus.* Dioclet. & Maximian. *Nimis graue eſt, quod petitis urgeri partem aduerſam ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat.* Vnde *intelligitis, quod intentionis ueſtræ proprias adferre debetis probationes, non aduerſus ſe ab aduerſarijs adduci.*

Actor *debet ſequi forum rei.* l. ij. & l. In *criminali.* C. *de iuriſdict. omnium iudic.*

Diocletianus, & Maximianus. Iuris *ordinem conuerti poſtulas, ut non actor rei forum, ſed reus actoris ſequatur.* Nam *ibi domicilium reus habet, uel tempore contractus habuit: licet hoc poſtea tranſtulerit: ibi tantum conueniri oportet.*

Arcadius & Honorius. In *criminali negotio rei forum accuſator ſequatur.* Is *uerò qui ſuam cauſam, ſiue criminalem, ſiue ciuilem, in uetito uocauit examine, &c.*

Diuerſum *ſtatuitur iure pontificio in his caſibus.* c. *ſanè. de for. compet.* Sanè *ſi Epiſcopi inter quos cauſa uerſatur ſint diuerſarum prouinciarum, ille primus det iudices in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur.*

Alexander *papa* III. Si *clericus laicum de rebus ſuis,* 

uel Ecclesiæ impetierit, & laicus res ipsas non ecclesiæ esse aut clerici, sed suas proprias adseuerat: debet de rigore iuris ad forensem iudicem trahi, cum actor forum rei sequi debeat, licet in plerisq; partibus aliter de consuetudine habeatur. Ibidem.

Lucius I I I. Cum sit generale ut actor forum rei sequatur, & infrà. Verùm quoniam seculares iudices in exhibēda iustitia personis Ecclesiasticis sæpe in iudicio sunt remißi: in fauorem Ecclesiæ est introductum ut malefactores suos qui sacrilegi sunt censendi, uenerabilium locorum rectores poßint sub quo maluerint iudice conuenire. Ibidem.

Celestinus I I I. Quod clericis, & infra. Mandamus quatenus si quas causas pecuniarias clerici Parisiis commorantes habuerint contra aliquos, uel aliqui contra eos, ipsas iure canonico decidatis. Ibidem.

L. fin C. ubi in rem actio. Valent. Theodos. & Arcad. Actor rei forum siue in rem, siue in personam, si sit actio, sequitur. Sed in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionem aduersus posſidentem moueri.

Actori non debet licere, quod reo non permittitur. Vlpianus in l. non debet. ff. de reg. iur.

Actori incumbit onus probandi. l. qui accusare. C. de edendo. & l. ij. ff. de probationib.

Paulus. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.

Imo utrique aliquando incumbit onus probandi. l. ubi. C. ad leg. Cornel. de fals. Hæc accusatori, &c. l. fallaciter. in fine. C. de abolition. Valentinia. & Valens. Sin autem testi- stibus tormenta minimè sunt illata: etiam sic abolitio non dabitur in illis criminibus in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda, quæ detulit, quàm reum ad purganda,

*quæ negat, debet urgere.*

L.*non codicillos.*C. *de codicil.* Philip. *Nec codicillos quidem furentem posse facere, certißimi iuris est. Si igitur scriptura uelut codicillorum patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac peti poßit, adseuerationi tuæ, mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse probari conuenit.*

Traduntur *duæ regulæ in l.ij.ff.de probatio.* Prima: *Qui adfirmat, is tenetur probare, fallit tamen quando præsumptio est pro eo.* Secunda: *Qui negat non tenetur probare.*Fallit *in suprà dictis casibus.gloss.in c. accusator. vj.q.v.* Hoc *autem obseruandum: quando reum publica fama sequitur, tunc (autoritate eiusdem* Gregorij) *propter scandalum remouendum famam suam purgare eum oportet.*Refer *hunc locum ad superiorem,* Actore non probante.

Actio *est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.Iustinia.Insti.de actionib.in princip.*

Actiones *omnes aut sunt in rem, aut in personam. Ibidem.*

Actio *furti competit ei, cuius interest rem saluam esse, licet dominus non sit.§.furti autem.* Insti. *de obligationib.quæ ex delict.nasc.*

Actiones *creditorum seu causæ non debent differri. §.cum igitur.* Inst. De *bon. possess.l.j.in princip.ff. de success.edict.* Vlpianus. *Successorium edictum idcirco propositum est, ne bona hæreditaria uacua sine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret.* Bene *igitur prætor putauit præstituere tempus his, quibus bonorũ possessionem detulit, & dare inter eos succeßionem: ut maturius poßint creditores scire, utrum habeant, cum quo congrediantur: an uerò bona uacantia fisco sint delata: an potius*

*tius ad possessionem bonorum procedere debeant, quasi sine successore defuncti.* Et in fine. *Sanè nonnunquam urgentibus creditoribus interrogandi sunt in iure, an sibi bonorum possessionem admittant: ut si repudiare se dicant, sciant creditores quid sibi agendum sit. Si deliberare se adhuc dicant: praecipitandi non sunt.*

ACTIO *iniuriarum non competit haeredi.* Paulus. *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautioni.*

ACTIONES *sequuntur haeredem uniuersalem nõ particularem. l. j. §. si haeres. ff. ad senatusc.* Trebel. Vlpianus. *Neque enim aeris alieni personalis actio fundum sequitur, sed eum cui haereditas ex* Trebelliano *Senatusconsulto restituta est.*

ACTIO *semel extincta non reuiuiscit uel restituitur.* Paulus *in l. si unus. § sed si pactum. ff. de pact.* Sed *si pactum conuentum tale fuit, quòd actionem quoque tolleret (ueluti iniuriarum) non poterit postea paciscẽdo efficere, ut agi possit. Quia & prima actio sublata est & posterius pactum ad actionem reparandam inefficax est.* Non *enim ex pacto iniuriarũ actio nascitur, sed ex contumelia. l. electio. ff. de noxal. acti. l. si alienus seruus. ff. eod. titu.* Triphoninus. *Si alienus seruus furtum mihi fecerit, qui postea in meum dominium peruenit: extinguitur furti actio, quae mihi competierat, nondum in iudicium deducta.* Nec *si postea alienauero eum, quẽ ante litem contestatem emeram, furti actio restaurabitur.* Et *l. qui res. §. aream. ff. de solut.*

ACTIO *semel extincta resuscitatur. l. sed alio iure. in fi. ff. si ex noxal. caus. ag.*

ACTIONEM *cui damus multò magis damus exceptionem.* Vlpianus *in l. inuitus § j. ff. de reg. iur.*

*L. ait praetor. §. planè. ff. de superfic.* Vlpia. *Planè si aduersus*

*sus superficiarium uelit uindicare: dicendum est exceptione utendum in factum data. Nam cui damus actionem, eidem exceptionem competere, multò magis quis dixerit.*

L. *si quis conductionis*. C. *de locat. & conduct.* Diocletian. & *Maximia. Si quis conductionis titulo agrum, uel aliam quancunque rem accepit: possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare.*

Actio *inanis est, quam excludit inopia debitoris. l. nam is. ff. de dol. ma.* Caius: *Nam is nullam actionem uidetur habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est.*

Actio *directa & utilis habent eundem effectum, & eiusdem sunt potestatis. l. actio. ff. nego. gesto.* Paulus. *Nec refert directa quis, an utili actione agat, uel conueniatur planè in extraordinarijs iudicijs, ubi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est: maximè cùm utraque actio eiusdem potestatis sit, eundemq; habeat effectum.*

Actionem *qui habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere uidetur.* Paulus *in l. qui actionem. ff. de reg. iur.* Et *l. si quis ui. ff. eod. titu.* Vlpia. *Si quis ui de possessione deiectus sit: perinde haberi debet ac si possideret: cum interdicto de ui recuperandæ possessionis facultatem habeat.*

*Minus est actionem habere quàm rem. l. minus. ff. de reg. iur.* Vlpia. Et *multò commodius est rem habere quàm persequi. l. is qui destinauit. ff. de rei uendic.* Caius. *Is qui destinauit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto posit nancisci possessionem: quia longè ccmodius est ipsum posidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere, quàm alio posidente petere.*

Non *uidetur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non posit.* Iabolenus *in l. non uidetur. ff. de*

*acquir.*

*aquir. possess.*

Actiones *suas remittentibus non est regressus dandus ad eas.* Vlpianus *in l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædilit. edicto. l. accusationem. C. qui accusa. non poss.* Alexander. *Accusationem à qua discedere te professus es, repetere non debes.*

*Paulus in l. qui destitit. ff. ad Senat. Turpil. l. si maritus. §. si negauerint. ff. ad legem Iul. de adult.* Vlpianus. *Fortius enim dicitur: eum, qui se negauerit acturum, postea non audiendum.*

Actio *uel exceptio aliqua quoties deficit, agendum est actione utili præscriptis uerbis. l. quoties. ff. de præscri. uerb.* Vlp. *quoties deficit actio uel exceptio, utilis actio uel exceptio danda est.*

Actionum *genera sunt duo, in rem quæ dicitur uindicatio: & in personam quæ condictio appellatur.* Vlp. *in l. actionum duo genera. ff. de actio. & oblig.*

Actio *de dolo, non patitur aliam actionem secum concurrere.*

Actus *stipulantis & promittentis debet esse continuus. l. continuus. ff. de uerb. oblig.* Venuleius. *Continuus actus stipulantis & promittentis esse debet: ut tamen aliquod momentum naturæ interuenire possit, & quò minus responderi stipulanti oportet. Cæterùm si post interrogationem aliud agere cœperit: nihil proderit, quamuis eadem die spopondisset.*

L. j. §. *qui præsens. ff. eod.* Vlpianus. *Si uerò præsens interrogatus, & antè quàm responderetur, discessit, & reuerso responsum est: obligat. Interuallum enim medium non uitiauit obligationem.*

*Obligatio cui nihil refragatur aliud, non debet propter*

*pter modicum interuallum conuelli.l.duos reos.§.duo rei.ff. de duob.reis constituend.* Iulianus. Modicum tamen *interuallum temporis,item modicus actus, qui modò contrarius obligationi non sit:nihil impedit,quò minus duo rei sint.*

Actum *nihil uidetur, dum aliquid agendum superest.* Vide, Factum.

Actus *unus inducit consuetudinem .l.iij.§.fina.*C.*de episcopa.audientia.* Vide, Duæ uices.

Actus *ut magis ualeat quàm pereat,facienda est interpretatio.l. quoties in actionibus.ff de reb. dub.* Iulianus. *Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est:commodißimum est id accipi, quò res, de qua agitur,magis ualeat,quàm pereat.*

Actus *secundum qualitatem iudicatur actoris, uel eius artificij.l.item obstetrix §.sed etsi ff.ad leg.aquil.*

Actus *extrinsecus probat intrinsecum animum.l.his, qui.§.diuus* Pius.*ff.de tutorib.& curat.* Vlpianus. Non *est nouum, quosdam, & si mentis suæ uidebuntur ex sermonibus compotes esse: tamen sic tractare bona ad se pertinentia,ut nisi subueniatur his,deducantur in egestatem.* Vide, Exteriora.

Actus *defunctorum suspendi, sicut uiuentium non est receptum.*Paulus *in l.fin.in fi.ff.com.præd.tam urba.*

Actus *secundum naturam sui subiecti regulatur.l. eius.ff.de oper.libert.*

Actus *quantò plurium uoce nititur, tantò maiore autoritate dilatatur.l.puberes.ff.de uerb.oblig.*

Accusare *qui poßint, intelligemus,si sclerimus, qui non poßunt.* Itaque *prohibentur accusare alij propter sexum, uel ætatem: ut mulier, ut pupillus.Alij propter sa-*

cram

cramentum: ut qui stipendium merentur. Alij propter magistratum potestatem'ue, in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt. Alij propter delictum proprium, ut infames. Alij propter turpem quæstum: ut qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habet, numos'ue ob accusandum, uel non accusandum accepit. Alij propter conditionem suam: ut filij circa parentes, & liberti circa patronos. Macer.l. qui accusare.ff. de accusationibus, & inscriptionibus. Alij propter suspicionem calumniæ; ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Paulus.l. alij.ff.eod. titul. Nonnulli propter paupertatem: ut sunt, qui minus, quàm quinquaginta aureos habent. Hermogenianus.in l.sequent.Ibidem.

Hi tamen omnes, si suam iniuriam exequantur, mortem'ue propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. Macer in l.hi tamen.ff.eod.titul.

Accusatus non potest suum readcusare adcusatorem de pari crimine uel minori, prius quàm sit absolutus: nisi suam prosequatur iniuriam. Poterit tamen adcusationem proponere, non ut super ea procedatur, sed ut supersedeatur, donec causa prima finiatur. Valent. Valens & Gratia. in l. neganda est.C.qui accu. non poss. Neganda est accusatis, qui non suas suorumq; iniurias exequuntur, licentia criminãdi in pari uel minori, prius quàm se crimine, quo premuntur, exuerint secundum scita ueterum iuris conditorum: ita tamen ut & ipsi inscriptiones contra eos, etiam pendente accusatione, deponere põßint. Et l.is qui reus.ff.de publi.iud. Vlp. Is, qui reus factus est, purgare se debet; nec ante potest accusare, quàm fuerit excusatus. Constitutionibus enim obseruatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.

Accusa

Accusationes *qui duas contra diuersos instituit, ipsis pendentibus tertiam accusationem instituere non potest, nisi suam, uel suorum iniuriam prosequatur.l. cùm rationibus.*C. *qui accu. non poss.* Diocletian. & Maxi. *Cum rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis præscripta: nisi suas suorumq; iniurias quis persequatur.*

Accusantibus *falsarios monetarum immunitas permittitur.l.j.*C. *de fal.monet.* Constantinus. *Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus: cuius modus, quoniam dispar est, à nobis per singulos statuitur.*

Acceptilatio *est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio.* Modestinus *in l.j.ff.de acceptil.*

Acceptilatio *sub conditione fieri non potest.* Vlp.*l. sub conditione.ff.eod.tit.*

Acceptilatio *in diem facta nullius est momenti.* Nam *solutionis exemplo acceptilatio solet liberare.l. in diem.ff. eod.l.actus legitimus.ff.de reg.iur.*

Acceptilatio *uerborum obligationem tollit: quia & ipsa uerbis fit.* Non *enim potest uerbis tolli quod non uerbis factum est.* Ratio *est in l.nihil tam naturale.ff.de reg. iur.* Vlpi. *Nihil tam naturale est, quàm eo genere quodque dissoluere, quo colligatum est.* Ideo *uerborum obligatio uerbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.*

L. *prout.ff. de solut.* Pompon. Prout *quidque contractum est, ita & solui debet.* Vt *cùm re contraximus, re solui debet: ueluti cùm mutuum dedimus, ut retro pecuniæ tantundem solui debeat.* Et *cùm uerbis aliquid contraximus,*

mus, uel re uel uerbis obligatio solui debet. Verbis: ueluti cùm acceptum promissori fit. Re: ueluti cùm soluit, quod promisit. Aequè cùm emptio, uel uenditio, uel locatio contracta est. Quoniam consensu nudo contrahi potest: & dissensu contrariò dissolui potest.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. c. cùm ex iniuncto. de noui ope. nunt. Innocent. III. Cùm enim ammodo non teneat principale, quicquid ex eo uel ob id secutum est sub præmissa districtione decernimus irritandum. c. accessorium. de reg. iur. lib. vj. Bonifac. Accessorium naturam sequi congruit principalis.

C. j. de offi. & potest. iud. deleg. Alexand. III. Sic tibi respondemus: quod sicut agentes & consentientes pari pœna (scripturæ testimonio) puniuntur: sic tam eos qui trahuntur in causam, quàm principales eorum fautores (si eos manifestè cognoueris iustitiam impedire) districtione ecclesiastica poteris coërcere.

L. cùm principalis. ff. de regu. iur. Iulianus. Cùm principalis causa non consistat: plerunque nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

L. nihil dolo. §. cùm principalis. ff. eod. Paul. Cùm principalis causa nō consistat: nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. l. si fundi. §. sed etsi metalla. ff. de usufruct. & quemadm.

Accessorium remouetur remoto principali. Quia accessorium sine principali esse non potest. l. si Stichum, in fi. ff. de fideiuss.

Accidens magis quàm natura inspicitur. l. j. §. bestias. ff. de postul. & l. pen. ff. de usu & usufruct. & redit.

L. fina. C. qui ueni. ætat. & Instit. de rer. diuisio. Pauonum quoque & columbarum fera natura est. Nec ad rem

*pertinet, quòd ex consuetudine euolare & reuolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam.*

Accidens *sequitur naturam sui subiecti regulariter. l. eius artificij. ff. de oper. libert. Paulus.*

Aduocati *æquiparantur militibus. l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudic. Leo & Anthemius. Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis uiribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quàm si prælijs ac uulneribus patriam parentesq; saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thorace nituntur: sed etiam aduocatos. Militant nanque patroni causarum, qui gloriosæ uocis confisi munimine, laborantium spem, uitam & posteros defendunt.*

Aduocationis *officium laudabile, uitæq; hominum necessarium, maximè principalibus præmijs oportet remunerari. Anastas. in l. laudabile. in princ. C. eo. tit.*

Adseuerare *nemo facilè debet id, quod ignorat. l. Iulianus. §. quod autem. ff. de actionib. emp. & uend. Vlpianus. Quid tamen si ignorauit quidem furem esse, adseuerauit autem bonæ frugi, & fidum, ut carò uenderet? uideamus, an ex empto teneatur. Et puto teneri. Atqui ignorauit, Sed non debuit facilè, quæ ignorabat, adseuerare. Inter hunc igitur, & eum, qui scit, interest: quoniam qui scit præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.*

Adseuerare *est sine interrogatione aliquid uerum falsum'ue adfirmare: alioquin si interrogatus respondeat, est hoc profiteri uel profeßio. l. non nudis adseurationibus*

*bus. C. de probat.*

Adoptio *est actus legitimus, naturam imitans, ad eorum, qui liberos non habent, solatium inuentus. Teophilus. instit. de adopt. in princ.*

Adoptionis *nomen generale est, & in duas species diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. Adoptantur filijfamiliarum: adrogantur, qui sunt sui iuris. l. j. ff. de adopt.*

Adoptare *minor maiorem non potest: adoptio enim naturam imitatur, & pro monstro est, ut maior sit filius quàm pater. § minorem. institu. eod. tit. Vlpia. in l. si paterfamiliâs, in fine. Et, Iabolenus in l. adoptio enim. ff. eo. tit.*

Adoptio *non ius sanguinis, sed ius agnationis adfert. Paul. in l. qui in adoptionem. ff. eod. tit.*

Addiscere *semper aliquid est bonum. l. apud Iulianum. circa finem. ff. de fideicom. liber. Pomponius. Nam ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi: memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur,* κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. *Hoc est, Etsi alterum pedem in sepulcro haberem, non pigeret aliquid addiscere. Iuxta hanc sententiam est, quod M. Cicero de Senectute inducit Solonem ualdè gloriantem, quòd se quotidie aliquid addiscentem senem fieri diceret. Seneca item inquit, quod nulla ætas sit sera ad discendum.*

Adfectus *non punitur, nisi sequatur effectus. c. fin. de sponsal. & matri. Greg. VIII. Adolescens qui desponsatam sibi per uerba de futuro, licet sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cum alia postmodum per uerba de præsenti contraxit, non primam, (cum qua nec fuit uerum matrimonium ex forma contractus, nec præsumptum*

*cùm conatus non habuiſſet effectum ) ſed ſecundam debet habere uxorem.l.j.in fin.ff.quod quiſq; iur.* Vlpia. *Quid enim obſuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum? l. cogitationis pœnam.ff.de pœn.* Vlpia. *Cogitationis pœnam nemo patitur.*

L.*ſæpe ita.in fi.ff.de uerb.ſignifi.* Paul. *Et ſanè poſt ueterum autoritatem cò peruentum eſt, ut nemo ope uideatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit. l. inficiando. ff.de fur.* Celſus. *Inficiando depoſitum nemo facit furtum. Nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licet propè furtum ſit.l. fugitiuus.ff.de uerb.ſignific.*

*Conatus nonnunquam punitur.l.j.ff.de extraord.crimini.* Paul. *Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores: & ſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter uoluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. l. ſi quis non dicam.* C. *de epiſco. & cleri.* Iouianus. *Si quis non dicam rapere, ſed attentare, etiam iungendi cauſa matrimonij, ſacratiſsimas uirgines auſus fuerit: capitali pœna feriatur. l. fin. in princ.* C. *de his qui ad eccleſi.*Leo.

*His qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione atq; tractatu auſi fuerint tentare, capitali & ultimi ſupplicij animaduerſione plectendis.*

L. *is qui cum telo.* C. *ad leg.*Cornel.*de ſicar.* Diocletia. & Maximia. *Is qui cum telo ambulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is qui hominem occiderit, uel cuius dolo malo factum erit commiſſum: legis* Corneliæ *de ſicarijs pœna coërcetur.*

L.*diuus* Hadrianus. *ff. eod.titu.* Caliſtratus. *Diuus* Hadrianus *in hæc uerba reſcripſit.* In *maleficijs uoluntas ſpectatur*

*ctatur*

*ctatur, non exitus. Cic. pro Milone. Interitus causam, non interitum spectari oportet.*

*L.qui ea mente.ff.de fur.* Vlpianus. *Qui ea mente alienum quid contrectauit, ut lucri faceret: tametsi mutato consilio id domino postea reddidit, fur est.* Nemo *enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desijt.*

*Cap.si quis.de pœnitent.distinct.* 1. *Sicut in bono remuneratur sola uoluntas:* Ita *in malo damnatur quis pro sola uoluntate.*

Adfectus *ultrà punitur quàm se extendit.l.quoniam multa.C.ad leg.* Iul. *de ui publi. & pri. Quia hic uiolentus inuasor solam possessionem habere adfectauit, non occidere.* Vnde *uoluntas & propositum nonnunquam non distinguunt maleficia.*

Adflictio *non est danda afflicto. l. diuus Marcus. ff.de offi.præsi.Macer.Si tibi liquidò cõpertum est, Aelium* Priscum *in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat: nec subest ulla suspicio, matrem ab eo simulatione dementiæ occisam: potes de modo pœnæ eius dißimulare, cum satis furore ipso puniatur.*

*Instit.de rer. diui.§.quod si uis flum. Alia sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis causa eijciuntur. Hæ enim dominorum permanent: quia palàm est eas nõ eo animo eijci, quod quis eas habere nolit, sed quò magis cum ipsa naui periculum maris effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, uel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit: furtum committit.*

*Et nota hunc locum contra argumentationem illorum, qui introducunt consuetudinem contra naturam & plenam iniquitatis: adflicto uerè addentes adflictionem. Sic enim argumentantur. Quidquid rerum natura, litoribus*

*nostris maritimis sine facto nostro applicat, id statim nostrum fit: uidetur enim prouidentia quadam diuina id nobis tribui.* Ergo *& bona naufragorum litoribus nostris (ut in plerisq; locis fit) adpulsa statim nostra erunt.* Quasi *uerò diuina prouidentia hominem bis miserum uoluerit reliquis etiam bonis spoliari.* Et *hoc uerè est adflicto addere adflictionem.* Bona *enim sic appulsa non magis fiunt occupantium, quàm si uentorum ui pallium meum uicino fundo adijceretur. Constitu. nauigia. C. de fur. l. nauis onustæ. §. cùm autem. ff. ad leg.* Rhod. *de iact. Calistratus.* Videndum *est an conferre cogendus sit? quare non debet duplici damno onerari, & collationis, & quod res deteriores factæ sunt.*

VII. *q.* I. *c. cùm percußio. Greg. Cùm percußio corporalis imminet: utrum pro purgatione an uindicta contingat,* DEI *iudicium in hoc ignoratur: & ideò non debet à nobis addi flagellatis à domino, adflictio: ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.*

*Cap. ex parte. de clerico ægrotante. Innocentius* III. Verum *cùm ipsum ad ceßionem compellere non poßis, nec debeas ullo modo, nec adflicto afflictio sit addenda, imò potius ipsius miseriæ miserandum, eò quòd idem uir bonus extiterit & ecclesiam salubriter sibi commissam gubernauerit.*

Non *adfectu neque ex utilitate singulorum pretia rerum, sed communiter finguntur.* Vlpianus *in l. pretia. in princ. ff. ad leg. falcid. l. si seruum meum. ff. ad leg. aquil.* Vide, Pretia.

Affectio *uendentis in uenditionibus & emptionibus considerari non debet, sed æstimari debet quantum res communiter ualet.* Nam *pretia rerum secundum ueritatem*

*tem, non ex affectione singulorum, ut in praecedenti loco dictum est. sunt aestimanda.*

Adulterium *proprie dicitur in nupta quasi transitus ad alienum torum. Stuprum in uirgine uel uidua. l. inter libertas. §. lex. ff. ad leg. Iul. de adult. Papinianus. Lex stuprum & adulterium promiscuè & τῇ χρηστικώτερον appellat: sed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine. Stuprum uerò in uirginem uiduamúe committitur: quod Graeci appellant, φθοράν.*

*L. inter stuprum. ff. de uerb. signific. Modestinus. Inter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant: quòd adulterium in nuptam: stuprum in uiduam committitur. Sed lex Iulia de adult. hoc uerbo indifferenter utitur.*

*L. si uxor. §. sed &. ff. ad leg. Iul. de adulte. Vlpianus. Sed & in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quae uulgaris fuerit: quamuis si uidua esset, impunè in eam stuprum committeretur. Et ibi. Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa hoc idem uindicandum: quia nec matrimonium qualecunq;, nec spem matrimonij uiolare permittitur.*

Aequitas *praefertur rigori iuris. l. placuit. C. de iudic. Constantinus & Licinius. Placuit in omnibus rebus, praecipuam esse iustitiae aequitatisq; scriptae, quàm stricti iuris rationem. l. j. §. si ego. ff. de pet. haered. c. fin. de transact. in fi. Honorius III. In his uerò super quibus ius non inuenitur expressum, procedas aequitate seruata semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas, & causas, loca, & tempora postulare uideris.*

Aequitatem *ante oculos habere debet iudex. l. quòd si Ephesi. in fi. ff. de eo, quod certo lo. Vlpian. In summa*

*ma: æquitatem ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni addictus est.* Vide, Iudex.

Aequitas *suadet, ut unicuiq; ius suum restituatur & ut nemo cum damno alterius locupletetur. l. naturaliter. §. item. & l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb.* Paulus. Item *quod pupillus sine tutoris autoritate mutuum accepit, & locupletior factus est: si pubes factus soluat, non repetit.* Pompo. Nam *hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.*

Vnde Cic. *lib. iij. offic.* Alterius *enim incommodo, suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera quæ possunt aut corpori accidere aut rebus externis.*

Aequalitatis *& iustitiæ sumus amatores.* Nouell. *ne mulier, quæ nupt. §. sin autem. Constitut. ij. Aequalitatis enim & iustitiæ sumus amatores, quam cum in omnibus alijs, tum & in consortijs uolumus obtinere.*

Aes alienum *est, quod nos alijs debemus. Aes suum est, quod alij nobis debent.* Vlpian. *in l. cedere diem. ff. de uerb. signific.*

Aere *qui pœnam luere non potest, corpore luet. l. fin. ff. de in ius uoc.* Modestinus. *Si sine uenia edicti impetrata, libertus patronum in ius uocauerit: ex querela patroni uel quinquaginta aureorũ pœnam dat, uel à præfecto urbi quasi inofficiosus castigatur, si inopia dignoscitur laborare. l. si quis id quod. ff. de iurisdictio.* Idem *aduersus furem constitutum est.* Eod. *c. xxij. in prin.* Quòd *si non habuerit quod pro furto reddat, ipse uenundabitur.*

L. *j. ff. de pœnis, in fin.* Vlpia. *Generaliter placet, in legibus publicorum iudiciorum uel priuatorum criminum: qui extra ordinem cognoscunt, præfecti, uel præsides, ut*

*eis, qui*

*eis, qui pœnam pecuniariam egentes deludunt, coërcitionem extraordinariam indicant. Alioquin pœnas non oportet temerè exasperare. l.interpretatione. ff.eod.tit. Venuleius. Interpretatione legum, pœnæ molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ.*

*Marco Antonino philosopho Imperatori optimo mos erat, ut omnia crimina minore supplicio, quàm legibus plecti solent, puniret.*

Agere *leges alieno nomine nemo potest. Vlpian. in l. nemo. ff. de reg. iur. Vide, Lege.*

Agens *& consentiens pari pœna adficiuntur. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan. eccl. Leo & Anthemius. Deoq; eius bonis quodcunq; exinde incommodum ecclesiæ contigerit, reformetur: hæredesq; eius, & successores, ac posteri, super hoc facto sine consensu, competenti ab Ecclesiasticis personis actione pulsentur.*

*L. eos qui. C. de fur. & seruo corr. Dioclet. & Maxim. Eos, qui a seruo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam pœnali furti actione potest. l. j. ff. de recept. Martianus. Peßimum genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest: & præcipitur, ut perinde puniantur atq; latrones. In pari causa habendi sunt, qui cum adprehendere latrones possent, pecunia accepta uel subreptorum parte dimiserunt.*

*Institut. de oblig. quæ ex delict. §. hi qui. Si uerò ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia uerum est, ope & consilio eius furtum factum esse. c. j. de offic. & potest. iud. deleg. Alexād. I I I. Sic tibi respondemus, quòd sicut agentes & consentientes pari pœna (scripturæ testimonio) puniuntur.*

Alienare *dicitur qui ius aliquod dominij transfert: sed qui rem uendit, antequam tradat, nullum ius dominij transfert:(traditionibus enim dominia rerum trăsferuntur) meritò non dicitur alienasse, cùm sola personali actione possit conueniri. l. alienatum. ff. de uerb. signi.*

Alienare *non possum quod meum non est. l. eius qui. §. quas uerò. ff. si cert. petat. condict. Africanus. Quas uerò pecunias ipse credidisset: eas non ex maiore parte, quàm ex qua ipse hæres esset, alienatas esse.*

Alienatio *est omnis actus, per quem dominiū transfertur. l. j. C. de fund. dotal.*

Alienationis *uerbo non tantum cōtinetur dominij translatio & mancipiorum manumißio, sed etiam usus & ususfructus datio, item hypothecæ uel pignoris obligatio, seruitutis impositio, & contractus emphyteuseos prohibitus esse uidetur. l. fin. C. de reb. alie. non alien.*

Aliud *est fraus, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse nō potest. Pœna est noxæ uindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. Vlpia. in l. aliud est. ff. de uerb. sign.*

Aliud *pro alio inuito creditori solui non potest. Vlpian. in l. ij. §. mutui datio. ff. si cert. pet. cond.*

*L. eum à quo. C. de solut. & liberat. Dioclet. & Maximia. Eum, à quo mutuam pecuniam sumpsisti, in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit.*

Aliud *pro alio uolenti creditori solui potest. Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. Vel si quis consentiente creditore, aliud pro alio soluerit. l. manifesti. C. eod. titu. Manifesti iuris est, tam alio pro debitore soluente, quàm rebus pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli*

compar

*comparatam obligationem.*

Aliud *pro alio soluitur inuito creditori.l.si quis argentum.C.de donat.Vide legem totam.*

*L.si domus.§.qui confitetur.ff.de legat.j.Vlpian. Qui confitetur se quidèm debere, iustam autem causam adfert, cur utiq; præstare non poßit: audiendus est. Vtputa si aliena res legata sit,negetq; dominum eam uendere, uel immensum pretium eius rei petere adfirmet:aut si seruum hæreditarium neget se debere præstare, forte patrem suum,uel matrem,uel fratres naturales. Aequißimum est enim, concedi ex hac eum causa æstimationem officio iudicis præstare. Cum uerò alicui poculum legatum est, uelitq; hæres æstimationem præstare, quia iniquum esse ait id separari à se: non impetrabit id à prætore. Alia enim conditio est hominum,alia cæterarum rerum.In hominibus enim benigna ratione receptum est,quod suprà probauimus.*

*L.non dubium.§.fin.ff.de legat.iij.Caius. Sed etsi cui legatum relictum est, ut alienam rem redimat, uel præstet: si redimere non poßit, quod dominus id non uendat, uel immodico pretio uendat: iustam æstimationem inferet.* Vide, Aurum.

Aliud *est reddere, aliud de suo dare.l.j.§.eleganter. ff.deposi.uel contra.Vlpian. Aliud enim est reddere, aliud quasi de suo dare.*

*L.uerbum reddendi. ff.de uerb.signifi.Celsus. Verbum reddendi, quanquam significatum habeat retro dandi:recipit tamen & per se dandi significationem.*

*L.qui uxori.ff.de auro, argento,mundo.Scæuola. Qui uxori suæ legauerat bonorum suorum decimam, & mancipia, & species argenti, quas expresserat: eidem anulos, & uestem reddi ab hæredibus petit, quasi propria uxoris*

*uxoris fuissent.*

Alteri *non parceret, qui sibi ipsi non parcit. l. iij. §. sic autem. in fin. ff. de bo. cor. qui ante sentent. Martianus. Qui enim sibi non pepercit: multò minus alij parcet. l. omne delictum. §. qui uulnerauit. ff. de re milit. l. cùm autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict. Vlpian. Malus enim seruus creditus est, qui aliquid faciat, quò magis se rebus humanis extrahat: utputa si laqueum torsit, si medicamentum pro ueneno bibit, præcipitem'ue se ex alto misit, aliud'ue quid fecit, quo facto sperauit mortem peruenturam: tanquam nihil non in alium ausurus qui hæc aduersus se ausus esset.*

Alterius *opera faciens censetur facere per seipsum. c. qui facit. de reg. iur. lib. vj. Bonifacius. Qui facit per aliũ, est perinde ac si faciat per seipsum. l. ita autem. §. quod si quis. ff. de administ. & peric. tutor. & curat. Vlpian. Quod si quis tutelam mandauerit gerendam, gestaq; fuerit ab eo, cui mandatum est: locus erit tutelæ actioni. Gessisse enim uidetur, & qui per alium gessit.*

Alternatiua *petitio, non est admittenda. l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogat. in iur. l. certum. ff. de confes.*

In alternatiuis, *in rei est potestate quid debeat: non an debeat, aut æquipollens. l. ij. §. Scæuola. ff. de eo quod certo loco. Vlpianus. Non utique ea, quæ tacitè in stipulationibus, semper in rei esse potestate: sed quid debeat esse in eius arbitrio: an debeat, non esse. Et ideo nec locum esse. Et rursus. Qui Stichum aut Pamphilum promittit: eligere posse, quod soluat quam diu ambo uiuunt. l. si in exceptione. §. si emptio. ff. de contrahen. empt. Paulus. Si emptio ita facta fuerit:* Esto mihi emptus Stichus aut Pamphilus*; in potestate est uenditoris, quem uelit dare:*

*sicut*

*ſicut in ſtipulationibus.*

In alternatiuis *ſufficit alteram partem adimplere. l.generaliter.C.de inſtit.uel ſubſtit.*

In alternatiuis *utilitas ſoluendi ſalua debet eſſe promiſſori. Inſtituti.de actionib.§.ſi quis tamen. Idq́; etiam prætor monſtrat, ſcilicet quia utilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.*

Alearum *uſus res antiqua eſt, & extra operas pugnatoribus conceſſa.l.alearum uſus.in princ.C.de relig.& ſumptib.fune.*

Alimenta *uarie ſumuntur. l.cum hi.§.qui tranſigit.ff.de tranſact.*

Alimentis *legatis,cibaria,& ueſtitus,& habitatio debebitur:quia ſine his ali corpus non poteſt. Cætera quæ ad diſciplinam pertinent,legato non continentur. Iabol.in l.legatis alimentis.ff.de aliment.*

Alimenta *immodicè ſumpta prouocāt ad luxuriam. l.quæ adulterium. C.ad le. Iul.de adul.Item, Apoſtolus ad Epheſ.Noli inebriari uino,in quo eſt luxuria. Venter enim mero affluens,facilè diſpumat in libidinem.*

Allegare *in iudicio non ſufficit,niſi allegata probentur.l.ſi manumiſſus.C.de liber.& eorum lib.l.ſiue poßidetis.C.de probat.*

Amico *negligenti qui tradidit rem cuſtodiendam,nō ei,ſed ſuæ facilitati id imputare debet. Inſtitut.quib.mod. re contrahit.oblig.§.præterea.*

Amicus *ex mente debet perpendere uoluntatem amici ſui & ſeruare, alioqui non eſt bonus amicus. l. Pamphilo.ff.de legat.iij.in princ.Scæuola.Pamphilo liberto hoc amplius, quàm codicillis reliqui, dari uolo centum, & ſcio omnia, quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura*

*uentura: cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam.*

Amor *honestus pendet ex animo, non ex lucro.l.iij. in princip.ff.de donat.inter uir.& uxor.* Vlpianus. *Maiores nostri inter uirum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis æstimantes, famæ etiam coniunctorum consulentes: ne concordia pretio conciliari uideretur, ne'ue melior in paupertatem decideret, deterior ditior fieret.*

Amor *plus descendit, quàm ascendit. l.isti quidem. in fin.ff.quod met.caus.* Et pater plus diligit filium quàm seipsum. Paulus. *Hæc quæ diximus ad edictum pertinere; nihil interest, in se quis ueritus sit, an liberis suis: cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.l.liberi.in fin. C.de inoffi.testa.*

Ambiguum *seu obscurum uerbum in cõtrahenda uenditione contra uenditorem interpretandum est.l.Labeo scribit.ff.de contrah.emp.* Paulus. *Labeo scribit: Obscuritatem pacti nocere potius debere uenditori, qui id dixerit, quàm emptori: quia potuit re integra apertius dicere.*

L.*si in emptione.in princip.ff.eod.tit.* Paulus. *Si in emptione fundi dictum sit, accedere Stichum seruum: neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cùm de alio emptor, de alio uenditor senserit: nihilominus fundi uenditionem ualere constat.*

L.*in contrahenda. ff. de regul.iur.* Iulianus. *In contrahenda uenditione ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salua sit actori.l.ueteribus.ff.de pact.* Papinianus. *Veteribus placet: pactionem obscuram, uel ambiguam uenditori, & qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate*

*testate, legem apertius conscribere.*

*L. si quis. ff. de iud.* Vlpia. *Si quis intẽtione ambigua, uel oratione usus sit: id quod utilius ei est, accipiendum est.*

Amittere *nõ uideor id, quod habeo quidem, non tamen credo habere. l. mater decedens. §. cæterum si quis. ff. de inoffi. test.* Paulus. Nec enim, *qui ex testamento adijt, quòd putabat ualere: repudiare legitimam hæreditatem uidetur, quam nescit sibi deferri: cum & hi qui sciant ius suum, eligentes id quod putant sibi competere, non amittant.*

Amittere *rem non uidetur, cuius propria non fuit. Caius in l. non uidetur. ff. de reg. iur.*

Amissum *non intelligitur, quod ablatum alteri non est. l. nec utilem. ff. ex quib. caus. ma. in integ. rest.* Papinianus. *Nec utilem actionem ei tribui oportet: cum sit iniquißimũ auferre dominium, quod usus non abstulit.* Nec enim *intelligitur amissum quod ablatum alteri non est.*

*L. si quis ui. §. differentia. ff. de acquiren. uel amitt. poss.* Vlpianus *admodum eleganter.* Differentia *inter dominium & possessionem hæc est: quòd dominium nihilominus eius manet qui dominus esse non uult: possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle poßidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradidit, ut postea ei restituatur: desinit poßidere.* Et *l. j. ff. pro derel.* Vlpianus. *Si res pro derelicto habita sit. statim nostra esse desinit, & occupantis fit: quia eisdem modis res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur.*

Anima *hominum quibuscunq; rebus præferenda est. l. sancimus. in fine. C. de sacros. eccles.* Iustinianus: *Nam si neceßitas fuerit in redemptione captiuorum: tunc & uenditionem præfatarum rerum diuinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non absurdum est,*

*dum est, animas hominum quibuscunq; uasis, uel uestimentis præferri. Hoc obtinente non solum in futuris negotijs, sed etiam in iudicijs pendentibus. Et, Nouell. De aliena. & emphy. §. atque hæc. Constit. c x x.*

Anima *sedendo & quiescendo fit prudens & sapiēs. Aristoteles in Physicis.*

Anima *in principio suæ creationis, est tanquam tabula nondum satis depicta, sed depingibilis tamen uirtutibus & scientijs. Idem de anima.*

Animalia *iuris naturalis peritia, Hoc est, umbram quandam exprimere, censentur. Vlpian. l. j. in fi. ff. de iustit. & iure. Et Iust. de iure natural. genti. & ciuil. In princip. Impropriè tamen Iurisconsulti ius naturale porrexerunt ad animalia.*

Angustia *temporis aliquando uitiat stipulationem l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. Et Instit. eod. titu. §. loca. Vide, Actus.*

Annus *habet trecentos sexaginta dies. l. cùm hæres. §. Stichus. ff. de statu liber. Paulus. Stichus si hæredi meo anno seruierit, liber esto. Quærendum est, annus quomodo accipi debeat: an qui ex continuatis diebus trecentis sexaginta quinq; constet, an qui non quibuslibet? sed supernis magis intelligendum Pomponius scribit.*

Annus *bisextilis quid sit, uide Celsum in l. cum bis sextus. ff. de uerb. signifi.*

Annus *continuus est, in quo dies ad momentū computantur, nullis agendi obstaculis interim exceptis. ut l. nunquam. §. j. ff. de usucapionib.*

Annus *utilis, trifariam dicitur. I. Si actor habet experiundi potestatem. II. Si reus præstet sui conueniendi facultatem. III. Si iudicis copia adsit. Iulian. l. j. ff. de diuers.*

*uers. temporalib. præscriptionib.*

Annuum, *quod singulis annis datur. l.j. C. Quand. dies leg. ced. Seuerus & Antoninus. Si competenti iudici annua legata uel fideicommissa tibi relicta probaueris: ab initio cuiusque anni exigendi ea habebis facultatem.*

Annua *si debes, initium est respiciendum. Si debeas annuò, finis. Inst. de uerb. oblig. §. ac si ita.*

Approbatum *semel, reprobari non potest. l. Pomponius. §. sed eo. ff. nego. gesto. Scæuola. Sed eo dicto te mihi non teneri, quod reprobare non possim semel probatum.*

Approbari *ab omnibus debet quod omneis tangit. l. per fundum. ff. de seruit. prædi. rustico. Celsus. Per fundum, qui plurium est ius mihi esse eundi agendi potest separatim cedi. Ergo subtili ratione non aliter meum fiet ius, quàm si omnes cedant: & nouissima demum cessione superiores omnes confirmabuntur. Benignius tamen dicetur: antequàm nouissimus cesserit, eos qui antea cesserunt, uetare uti cesso iure non posse. l. fina. C. de autorita. præstan. Necesse est omnes suam autoritatem præstare: ut quod omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur. l. si quis ex argentarijs. in princip. ff. de edendo. l. iurisgentium. in fin. ff. de pact.*

Appellans *prior, agit. ff. de iudicijs. Paulus. Vide,* Prouocare.

Appellatio *quod maioribus interposita præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores. Vlpianus in l. præses. ff. de minorib.*

Appellationis *remedio extinguitur pronuntiatum. l. j in fin. ff. ad senat. Turpil. Martianus. Reus condemnatus prouocauit, deinde accusator distitit. An in hoc senatusconsultum incidit? propè est, ut incidisse uideatur: quia*

*prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio.* Et *l.ij.in fin.ff.de pœnis.* Vlpianus. *Eum accipimus damnatum, qui non prouocauit. Cæterùm si prouocet, nondum damnatus uidetur.*

*L. furti. in princip.ff.de his, qui not.infa.* Vlpianus. *Sed si furti, uel alijs famosis actionibus quis condemnatus prouocauerit: pendente iudicio, nondum inter famosos habetur. Si autem omnia tempora prouocationis lapsa sunt: retro infamis est.l.fin.in princ.C.de appell.*

Artifex *commendat opus suum. l.j.ff.de in integ.restitutionibus.* Vlpianus.

Artifices *longa differentia distant.l.inter artifices. ff.de solutio. & liberatio.* Vlpianus. *Inter artifices longa differentia est, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis.*

Artificium *omne per exercitium recipit incrementum. l. legatis seruis. §. Ornatricibus legatis. ff.de legatis* III. *Martianus. Ornatricibus legatis, Celsus scribit eas, quæ duos tantum menses apud Magistrum fuerint, legato non cedere. Alij & has cedere: ne necesse sit nullam cedere: cùm omnes adhuc discere poßint, & omne artificium incrementum recipiat. Quod magis obtinere debet: quia humanæ naturæ congruum est.*

*Vnde Cato maior apud Ciceronem, Solonem commendat, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri diceret. l.j.C.de tironibus.*

Ars *imitatur naturam.* Institut. De adoptionibus. §. *minorem.*

Ars *mathematica per quam uana contingit diuinatio: non utilis interdicta est.l.ij. C. de malefic. & mathemati.* Dioclet. & *Maximian. Artem geometriæ discere atq;*

exer

exercere publicè intereſt. Ars autem mathematica damnabilis interdicta eſt.

Artes omnes infinitæ ſunt, ſola autem ſcientia legalis finem habet mirabilem. In proœ. Digeſt. §. quibus. Et (quod penè in alia nulla arte euenit) cùm etſi uiliſsimæ, omnes tamen infinitæ ſint: hæc ſola ſcientia finem habeat mirabilem præſenti tempore à nobis ortum.

Armorum appellatio, non tantùm utique ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat: ſed & fuſtes, & lapides. Caius in l. armorum. ff. de uerb. ſignific. Inſtit. De interdictis. §. qui autem aliquem.

Arma magis quàm iura milites ſcire debent. l. ſcimus. in princip. C. de iure deliberandi. Iuſtinian. Arma etenim magis, quàm iura ſcire milites ſacratiſsimus legislator exiſtimauit.

Armis arma repellere poſſumus. l. ut uim. ff. de iuſtitia & iure. Florentinus. Nam hoc iure euenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit: iure feciſſe exiſtimetur. Et cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituerit: conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe.

L. j. C. unde ui. Diocletian. & Maximian. rectè poſsidenti defendendam poſſeſsionem, quàm ſine uitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderamine, illatam uim propulſare licet.

L. ſcientiam. §. qui cum. ff. ad leg. Aquil. Paulus. Vim enim ui defendere, omnes leges omniaq; iura permittunt. Et l. j § j. & §. uim ui repellere. ff. de ui & de ui armata. l. iij. §. cum igitur. ff. eodem titul. Vlpianus. Eum igitur, qui cum armis uenit, poſſumus armis repellere: ſed hoc confeſtim, non ex interuallo: dummodo ſciamus, non

*ſolum reſiſtere permiſſum, ne deijciatur: ſed etſi deiectus quis fuerit, eundem deijcere non ex interuallo, ſed ex continenti poſſe.*

Armarium *eſt locus ubi libri reponuntur.l.uulgaris.§.j.ff.de furtis.* Vlpianus. *Nam ſi quis armarium quod tollere non poterat, aperuerit.l.librorum appellatione.§. chartis legatis.ff. de legat. iij.* Vlpianus. *Chartis legatis, ne que papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur. Sed ſi bibliothecam legauerit: utrum armarium ſolum, uel armaria, an uerò libri quoq; contineantur, quæritur? & eleganter* Nerua *ait, intereſſe, quid teſtator ſenſerit.* Nam *& locum ſignificare bibliothecam, & aliâs armarium, aliâs libros.*

Arbiter *accipitur quandoque pro iudice delegato.l. fin.ff.de iudicijs.* Vlpianus. Nonnunquam *ſolent magiſtratus populi* Romani *uiatorem nominatim uice arbitri dare, quod rarò, & non niſi re urgente faciendum eſt.*

Arbitri *ſententiæ parendum eſt, neque à perſona eius in quam compromiſſum, recedendum eſt.l.diem proferre. §.ſtari.ff.de recept. qui arbitri.* Vlpianus. *Stari autem ſententiæ debet arbitri, quam de re dixerit, ſiue æqua ſiue iniqua ſit: & ſibi imputet, qui compromiſit.l.j.C.eod.tit.* Antoninus. Ex *ſententia arbitri ex compromiſſo iure perfecto aditi appellari non poſſe, ſæpe reſcriptum eſt, quia nec iudicati actio inde præſtari poteſt, & ob hoc inuicem pœna promittitur, ut metu à placitis non recedatur. Sed ſi ultra diem compromiſſo comprehenſum iudicatum eſt: ſententia nulla eſt, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit.*

L.*arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.* Caius: *Arbitro ad fideiuſſores probandos conſtiuto, ſi in alterutrum partem iniquum*

*quum arbitrium uideatur, perinde ab eo, atque à iudicibus, appellare licet.l.fin.in fin.C.de recept.arbit.*

L.*ſi quis arbitratu.ff.de uerb.oblig.* Iulianus: *Si quis arbitratu (puta)* Lucij Titij *ſibi reſtitui ſtipulatus eſt, deinde ipſe ſtipulator moram fecerit, quò minus arbitretur* Titius: *promiſſor, quaſi moram fecerit non tenetur.* Quid *ergo, ſi ipſe, qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandum eſt, à perſona non eſſe recedendum eius, cuius arbitrium inſertum eſt.l.fin. in fin.C.de contrahen. empt.l. ſocietatem mecum.§.arbitriorum.ff.pro ſoc.* Proculus: Ar*bitriorum enim genera ſunt duo. Vnum huiuſmodi,ut ſiue æquum ſit ſiue iniquum, parêre debeamus.* Quod *obſeruatur cum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, ut ad boni uiri arbitratum redigi debeat: etiamſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat.l.iij.C.de dot.promiß.*

L.*ſi libertus.ff.de oper.libert.* Si *libertus ita iurauerit, dare ſe tot operas, quot patronus arbitratus ſit: non aliter ratum eſt arbitrium patroni, quàm ſi æquum arbitratus ſit.* Et *ferè ea mens eſt perſonam arbitrio ſubſtituentium, ut quia ſperent eam rem arbitraturam, id faciant, non quia uel immodicè obligari uelint.*

Argumentum *ſimile, ſoluitur per dißmile.c.* Per *uenerabilem.*In *prin.qui filij ſunt leg.*

Argumentum *à contrario ſenſu eſt fortißimum in iure.l.j.§.huius rei.ff.de officio eius cui mand.eſt iuriſd.*Papinianus: Huius *rei fortißimum argumentum.*

L.*conuenticula.C.de epiſc. & cleric.* Licet *extra eccleſiam prohibeat fieri conuenticula, non ideo in eccleſia permittit.* Non *enim ualet ſemper argumentum à contrario ſenſu.l.nemo,* C.*de iuriſd.omnium iudi.* Conſtantinus.

*Nemo post litem contestatam ordinariæ sedis declinet examen: nec prius præfecti prætorio, aut Comitis orientis, uel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium ueniat. l. cùm patremfamiliâs. C. de conditionib. insert. Seuerus &* Antoninus. *Cum patremfamiliâs fideicommißi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cauere præcepisse proponas, si à marito non diuertisset: iurisdictionis originem perinde seruari æquum est, ac si nihil super ea re scriptum fuisset. Nec exemplum legati uel hæreditatis, in quibus conditio diuortij nonnunquam remitti solet, huic rei comparandum est: cùm absurdum sit, ideo perpetui edicti formam negligi, quia patris sui uoluntati non obtemperatur.*

Argumentari *licet de ultimis uoluntatibus ad contractus. l. cum quidam. in fine. C. de uerb. sig. Iustinia. Sin autem una quidem est persona, res autem ita derelictæ sunt,* Illam aut illam rem illi do lego, *uel,* per fideicommissum relinquo: *tunc secundum ueteres regulas, & antiquas definitiones uetustatis iura maneant incorrupta, nulla inuocatione ex constitutione hac introducenda. Quòd etiam in contractibus locum habere censemus.*

*Et arguitur de contractibus ad ultimas uoluntates: ubi est eadem ratio. l. seruum filij. §. cum qui chirographum. ff. de legat. j. Paulus. Eum, qui chirographum legat, debitum legare, non solùm tabulas, argumento est uenditio. Et l. qui chirographum. ff. de legat. i i. Iulian. Qui chirographum legat, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur. Appellatione enim chirographi uti nos pro ipsis actionibus, palàm est: cùm uenditis chirographis intelligamus nomen uenisse.*

Quin

*Quin etiam si nomen quis legauerit: id quod in actionibus est, legatum intelligitur.*

L. *fina.* C. *de legat.* Iustinianus. *Cùm enim iam constitutum sit fieri posse temporales donationes & contractus: consequens est etiam legata uel fideicommissa quæ ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari. instit. de leg. fusia cani. in fine. & instit. de hæred. instit.* §. *impoßibilis. Impoßibilis conditio in institutionibus & legatis, necnon in fideicommißis & libertatibus, pro non scripta habetur. l. cum in annos singulos. ff. Quando dies legato.* Vlpian. *Cum in annos singulos legatur: non unum legatum esse, sed plura constat.*

Adrogatur, *sui iuris: adoptatur, qui in potestate alterius est. instit. de adoptionib.* §. *Imperatoris.*

Autoritates *maiorum non sunt contemnendæ. l. ad exhibendum.* C. *ad exhib.* Gordianus: *Ad exhibendum actione non tantum eum, qui poßidet, sed & eum teneri, qui dolo fecit, quò minus exhiberet, meritò tibi à non contemnendæ autoritatis iurisconsulto Modestino responsum est. l. ij. in princ. ff. de iudic.* Vlpianus. *Consensisse autem uidentur, qui sciunt se non esse subiectos iurisdictionis eius, & in eum consentiunt. Cæterùm si putent eius iurisdictionem esse: non erit eius iurisdictio. Error enim litigatorum (ut Iulianus quoque libro primo digestorum scribit) non habet consensum.*

Autoritati *rusticorum & senum in suo genere creditur. l. si chorus. ff. de legat.* III. *At eos, quos præsidij causa repositos haberet (ut quibusdam bellis ciuilibus fictitasset) eos legato contineri: & sæpe audijsse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes, quod præsidij causa seponeretur. Celsus*

Autoritates *Philosophorum, Medicorum, & Poëtarum excellentium sunt allegandæ & tenendæ in his, quæ ad eorum professionem pertinent.l.septimo mense.ff. de statu homi.Paulus:Septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum est propter autoritatem doctissimi uiri Hippocratis. Et ideo credendum est eum qui ex iustis nuptijs septimo mense natus est, iustum filium esse.l.si pater meus. in fine.ff.de solutionib. & liberationib. Vlpian. Nam & Aristotelem scripsisse quinque nasci posse: quia uuluæ mulierum totidem receptacula habere possint: & esse mulierem Romæ Alexandrinam ab Aegypto, quæ quinque simul peperit, & tum habuerit incolumes. Et hoc in Aegypto affirmatum est mihi.*

*L.intestato liberto. in fine.ff. de suis & legit. Vlpianus. Post decem menses mortis natus non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem, qui centesimo octogesimosecundo die natus est, Hippocrates scripsit, & diuus Pius Pontificibus rescripsit, iusto tempore uideri natum.*

*L.proponebatur.ff.de iudicijs, in fine. Alfenus. Quod si quis putaret, partibus commutatis aliam rem fieri: fore, ut ex eius ratione nosipsi non ijdem essemus, qui ab hinc anno fuissemus. Propterea quod (ut Philosophi dicerent) ex quibus particulis minimis consisteremus, eæ quotidie ex nostro corpore decederent, aliæq; intrinsecus in earum locum accederent. Quapropter cuius rei species eadem consisteret, rem quoque eandem esse existimari. instit. de empt.& uenditione. Argumentoq; utebantur Græco poëta Homero. Et,in uersi.diuersæ scholæ autores.*

*L.in tantum.in fin.ff.de rer.diuis. Martianus: Cœnotaphium quoq; magis placet locum esse religiosum,sicut testis*

*est*

*est in ea re Vergilius.l. antiqui. in fi.ff. si pars hæred. petat.* Paulus*, quod enim semel tantum aut iterum extitit, id prætereunt legumlatores, ut ait Theophrastus.l. iura constitui. & l.ꝑ ꝓ.ff. de leg.* Pomponius*:Iura constitui oportet(ut dicit Theophrastus) in his, quæ ex inopinato ut plurimum accidunt.* Paulus*: quod enim semel tantum (ut ait Theophrastus) aut iterum extitit, id legumlatores prætereunt.l.ij.ff.eod. titu.* Martianus*. Nam & Demosthenes orator sic definit.*

*L. diui fratres.ff. de rerum diuisione.* Vlpianus*.l. fina. C. de contrahen. empt. & uenditio.* Iustinianus*, super rebus uenundandis. si quis ita rem comparauerit, ut res uendita esset, quanti pretij Titius æstimauerit, magna dubitatio exorta est multis antiquæ prudentiæ cultoribus. instit.eodem titu.*

Autoritates *diuinæ possunt allegari in causis tanquam leges. nouell. quomodo oport.episcop.§.quanta. constit.*VI.

Autoritas *iuris aliquem excusat.c. inter alia. de sentent.excommunicat.*

Autoritate *legum nihil studiosius in omnibus rebus inuenitur, quia & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit.l.j. in princip.C. de ueteri iure enucleando.*

Aurum *& argentum cui debetur, pecunia solui potest.* Iustinianus*.l. si quis aurum.C. de donatio.l.j.§.fin.ff. de auro, argento, mundo.* Pomponius*. cui certum pondus argenti dare hæres iussus est: ei pecuniam numeratam dando, ipso iure liberatur: si in ea pecunia eadem æstimatio fuerit. Quòd ita uerum est si non certum genus argenti legatum sit. Vide suprà,* Aliud pro alio.

Aurum *dicitur pretiosius metallum: & post aurum, argentum.nouell. de consulibus.§. quantumcunq;.§. argentum uerò.constitutione* IIII.

Audacia *quæ uersatur circa licita approbatur.l. gallus.§. uidendum autem ff. de liber. & posthum.Scæuol. Nisi quod audenter licet possis dicere, uiuo patre hunc suum hæredem esse desiisse,licet post mortem decedat: quia nec redit,nec potest redire.*

Audacia *circa illicita reprobatur.l. si quis in tantam.C.Vnde ui.Valent. Theodos. & Arcad. Si quis in tantam furoris audaciam peruenerit.*

Audacia *mulierū est reprehendenda, quia nō cōgruit sexui.nouell. De his qui nupt.iter.§. & rursus. Const.22. Paulus ad Timot.cap.2.in fi.Mulier in silentio discat, cum omni subiectione.Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in uirum,sed esse in silentio.*

Auaritia *est radix omnium malorū. nouell.ut præsides absque ulla datione.§ tametsi enim. Const.* VIII.*Vide textum ibi elegantem.Paulus ad Timotheum* VI.*cap. Radix enim omnium malorum est auaritia.*

Auaritia *idolorum est seruitus.c. Cum omnis.j.q.ij. Gregorius. Cùm omnis auaritia idolorum sit seruitus.c. Pauper.xj.q.iij. Pauper dum non habet quod offerat in iudicio,non solùm audiri contemnitur: sed etiam contra ueritatem opprimitur, citò uiolatur auro iustitia, nullamq́; reus pertimescit culpam, quam redimere numis existimat. Augustinus.*

*C.idololatriam. xxviij.q.j. Augustinus. Item si infidelitas, fornicatio est idololatria:infidelitas & auaritia idololatria est.*

Auxilium *legis frustrà quis inuocat, qui commit-*

tit

*tit in illam.l.auxilium.in fine.ff.de minorib.Triphoninus.Et non fit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat,contra eas committit.*

Auxilio *indigent quæ de nouo emergunt.ff. de interrogationib. in iure fa.l.de ætate.§. ex causa. Vlpianus.* Hic *quidem & alia ratione: quòd ea quæ postea emergunt, auxilio indigent.c. insinuante. de offic. & potestat. iud. delegat.l. quanquam.C. si sæpius in integr. restit. postulet.l. oratione.ff. de ferijs.l.j. in princip.ff. de inspicien. uent.*

Auditores *legum, noui Iustinianei nuncupantur. In procemio digesto.§.in reliquam.*

Auxilium *commune ubi locum habet non debet recurri ad extraordinarium.l.j. in fi.ff. ad municip. & de incolis. Vlpianus:* Neque *enim debuisse caueri, ut uulgò quæsitus matris conditionem sequeretur: quam enim aliam originem hic habet? sed & ad eos, qui ex diuersarum ciuitatum parentibus orirentur. l. quædam sunt personæ. in princip.ff. de edend. Paulus:* Non *cogitur à prætore, per metum actionis in factum rationes edere, scilicet quia id consequi possumus per mandati actionem.*

## B

BEneficium *propriè nihil aliud est quam clemens concessio alicuius rei, ex aliena liberalitate dependens.*

Beneficium Principis*, debet concedi sine iniuria alterius.l.ij.§. merito. & §. si quis à principe.ff. ne quid in loc.pub. Vlpianus:* Nam *quoties aliquid in publico fieri permittitur: ita oportet permitti,ut sine iniuria cuiusque fiat: & ita solet princeps, quoties aliquid noui operis instituendum petitur, permittere. Si quis à principe simpliciter*

*citer impetrauerit, ut in publico loco ædificet: non est concedendum sic ædificare, ut cum incommodo alicuius id fiat: neque sic conceditur, nisi fortè quis hoc impetrauerit.*

L. *nec auus.* C. *de emancipationib.* Dioclet. *&* Maximian. *Nec auus neptem suam liberare potestate cogitur, nec in cuiusquam iniuriarum beneficia tribuere, moris est nostri.l.ij.C.de precib.*Imperato.*offerend.*

L.*Ratas.C.de rescind.uend.*Dioclet. *&* Maximian. *Ratas manere semper factas iure uenditiones, uestra etiam interest.* Nam *si oblato pretio rescindere uenditionem facilè permittatur: eueniet, ut & si quid uos de laboribus uestris à fisco nostro uel à priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini, quam uobis tribui postulatis.*

L.*sciendum.ff.ex quib.caus.maior.* Paulus: *Sciendum est, quod in ijs casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia queruntur: non cum & lucri faciendi causa, ex alterius pœna uel damno, auxilium sibi impartiri desiderant.*

L. *Si quis sepulcrum.ff.de relig.& sumpt.fun.* Vlpia. *Si quis sepulcrum habeat, uiam autem ad sepulcrum non habeat, & à uicino ire prohibeatur:* Imperator Antoninus *cum patre rescripsit, iter ad sepulcrum peti precariò, & concedi solere: ut quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat.* Non *tamen hoc rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: sed extra ordinem interpellctur.* Præ*ses etiam compellere debet, iusto pretio iter ei præstari: ita tamen, ut iudex etiam de oportunitate loci prospiciat, ne uicinus magnum patiatur detrimentum.*

Beneficium *seu priuilegium, benemerentibus concedi debet.l.seruos legauit.ff.de manumis.test.* Africanus: Seruos

*Seruos legauit, & cauit ita,* Rogo te, si promeruerint, dignos esse libertate existimes.

C. *Relatum, in fin. de testament.* Alexander III. *Cæterùm quæ ex hæreditate, uel artificio, aut doctrina proueniunt, distribuentur pro arbitrio decedentis.*

Beneficium *inuito non datur.* Paulus. *l. inuito. ff. de reg. iur. l. nec emere. C. de iure delibe.* Arcad. & Honor. *Nec emere, nec donatum adsequi nec damnosam quisque hæreditatem adire compellitur.*

L. *si quis in conscribendo. C. de pactis.* Iustinia. *Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usurum fori præscriptione propter cingulum militiæ suæ, uel dignitatis, uel etiam sacerdotij prærogatiuam.* Et paulò pòst. *Cum alia sit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, ijs, quæ pro se introducta sunt, renuntiare?*

L. *solutionem. ff. de solutionibus.* Vlpianus: *Solutionem, uel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti, & ignorantes liberari possumus.*

L. *soluere. ff. eod. tit.* Caius: *Soluere pro ignorante & inuito, cuique licet: cum sit iure ciuili constitutum, licere etiam ignorantis inuitiq́; meliorem conditionem facere.*

L. *soluendo. ff. nego. gestor.* Idem: *Soluendo quisque pro alio, licet inuito & ignorante, liberat eum: quod autem alicui debetur, alius sine uoluntate eius non potest iure exigere. Naturalis enim simul & ciuilis ratio suadent: alienam conditionem meliorem, etiam ignorantis & inuiti, nos facere posse: deteriorem non posse.*

L. j. *ff. de liber. causa.* Vlpianus: *Si quando is, qui in possessione seruitutis constitutus est, litigare de conditione sua non patitur: (quòd fortè sibi suoq́; generi uelit aliquam iniuriam inferri) in hoc casu æquum est quibus-*

dam

*dam personis dari licentiam pro eo litigare:ut puta parenti, qui dicat filium in sua potestate esse.*Nam etiam *si nolit filius,pro eo litigabit.*

L.*si debitor tuus.ff.de solutionib. & liberatio.*Labeo.*Si debitor tuus non uult à te liberari,& præsens est:non potest inuitus à te absolui.* Paulus. *Imò debitorem tuum & præsentem & inuitum liberare ita poteris.*

*Instit.quib.mod.tollit.oblig.in princip.* Nec *interest, quis soluat: utrum ipse, qui debet,an alius pro eo.* Liberatur *enim & alio soluente: siue sciente,siue ignorante debitore, uel inuito eo solutio fiat.*

Eadem *ratione lex beneficit morosis dominis utilitatem suam præ nimio affectu non perpendentibus.instit. de his qui sui uel alie.iur.§.sed &.*

Beneficium *principis, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur,debemus quàm plenißimè interpretari.* Iabolenus *l.penult.ff.de const.princ.*

L.*si quando.C.de inofficiosis testament.*Iustinian.*Si quando talis concesßio imperialis processerit, per quam liberi testamenti factio concedatur:nihil aliud uideri principem concedere , nisi ut habeat legitimam & consuetam testamenti factionem.* Neque *enim credendum est ,* Romanum *principem, qui iura tuetur , huiusmodi uerbo totam obseruationem testamentorum multis uigilijs excogitatam atque inuentam uelle euerti.*

Beneficium *uoluntarium est pluris æstimandum quàm necessarium.l. qui ex causa.ff. de bonis liberto. & l.si fideiussor.ff.qui satisd.cogant.*

Beneficium *iuris, nemini est auferendum.c. indultum. de reg.iur.lib.vj.* Bonifacius VIII.*Indultum à iure beneficium , non est alicui auferendum.nouell.* De *his, qui*

*nupt.*

*nupt.iter.§.si uerò.Consti.x x i i.*

Beneficij *acceptor obligatur naturaliter ad ἀντίδωρα: quoniam beneficientibus nobis, benefacere tenemur.l. sed etsi.§. consuluit.ff. de petitio. hæredita.* Vlpianus. Nec *si donauerint, locupletiores facti uidebuntur: quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerũt.*Vide, Donatarius.

*Athenis quoque actio aduersus ingratos constituta erat, & rectè: quia dandi & accipiendi beneficij commercium, sine quo uix uita hominum extat, perdit & tollit, quisque benemerito parem referre gratiam negligit. Valerius lib.v. cap.iij.*De ingratis.

Beneficiorum *eligens unum sibi competens: non ideo alteri renũtiare uidetur.c.quod semel.*De *reg.iur.lib.vj.*

Benignius *in pœnalibus causis interpretandum est.* Paulus *in l.factum.§.in causis pœnalibus.ff.de reg.iur.*

Benignitas *præfertur rigori.l. maiorem. in fi.ff. de pact.*Papinianus.*Sin autem omnia undique in unam æqualitatem concurrent,humanior est sententia à prætore eligenda.*Hoc *enim ex* Diui Marci *rescripto colligi potest.l. placuit.C.de iudic.*Vide *supra,*Aequitas.

Beatius *est dare quàm accipere.c.Prædicator.* x v i. *q.j.in princip. Gregorius. Beatius existimans dare, quàm accipere.c. Cum Marthæ.§.sanè. De celebratione miss. Gregorius* i x. *Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait. Meminisse nos oportet uerbi domini Iesu qui dixit,* Beatius est dare quàm accipere. *Hæc nullus quatuor Euangelistarum descripsit.*

Benigniora *in dubijs semper præferenda sunt. Caius.l.semper.ff.de reg.iur.*

Bene *gestum non debet ex alio euentu conuelli.l. barbarius*

*barius* Philippus.*ff.de offi.præto.*

Bellum *iustum permittitur.l.lex hoc iure.ff.de iusti.& iur.l.spem.C.quæ res pig.&.C.de athletis.toto tit.*

Beatus *qui excutit manus suas, ab omni munere.c. Sunt nonnulli.j.q.j.* Gregorius. *Beatus qui excutit manus suas, ab omni munere: non dixit solum à munere, sed ab omni munere. Quare aliud est munus ab obsequio, aliud à manu, aliud à lingua. Munus ab obsequio, est seruitus indebitæ impensæ. Munus à manu, pecunia est. Munus à lingua, fauor est.*

Bonafides *in contractibus est. seruanda.l. bonafides. §.depositi.*Triphoninus.*Bonafides, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderat.*

L.Bonamfidem.C. de *obligat. & act.* Dioclet. & Maxim.*Bonamfidem in contractibus considerari æquum est.*

L. In *causæ cognitione.§. idem* Pomponius.*ff.de minorib.*Vlpianus.*Idem* Pomponius *ait: in pretio emptionis & uenditionis naturaliter licere cōtrahentibus se circūuenire.*

L.*Item si pretio.§.fi.§.loc.& cond.*Paulus.*Quemadmodum in emendo & uendēdo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit, pluris uendere, & inuicem se circunscribere: ita & in locationibus quoque & conductionibus idem iuris est.*

Ne *quis tamen in negotio circumueniat fratrem uetat* Paulus, *1.Thessa. cap.* IIII. *Et nequis supergrediatur, neque circumeniat in negotio suum fratrem, quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus.*

Bonæfidei *nihil magis congruit, quàm id præstari, quod inter contrahentes actum est.l. ex empto actione.ff.de act. emp. & uend.* Vlpian. *Cum enim bonæfidei iudicium*

*sit*

*ſit: nihil magis bonæfidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt.*

Bonafides *non patitur, ut bis idem exigatur.* Caius. *l. bonafides. ff. de reg. iur.*

Inſt. *Si quadrup. paup. fecis. dic. §. fi.* Et *ſi aduerſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur: quod bonũ & æquum iudici uidetur tanti dominus condemnetur. Cæterarum uerò rerum, quanti damnum datum ſit, dupli.*

Bonæfidei *poſſeſſor in id tantum quod ad ſe peruenerit tenetur. l. item ueniunt. §. item eos. ff. de petitione hæredit.* Vlpianus. Eos autem, qui iuſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent, uſq; eò duntaxat, quò locupletiores ex ea facti eſſent. *Hæc lex declaratur per Vlpianum in l. ſed & ſi. ff. eod. tit. §. quod ait Senatus.*

Bonæfidei *poſſeſſor fructus ante litem conteſtatam perceptos lucratur. l. ſumptus. ff. de rei uendi.* Papin. *Sumptus in prædium, quod alienum eſſe apparuit, à bonæfidei poſſeſſore facti: neq; ab eo, qui prædium donauit, neq; à domino peti poſſunt: uerùm exceptione doli oppoſita, per officium iudicis æquitatis ratione ſeruatur, ſi fructum à lite conteſtata perceptorum ſummam excedant.* Etenim *admiſſa compenſatione, ſuperfluum ſumptum (meliore prædio facto) dominus reſtituere cogitur.*

L. *Certum eſt.* C. *eo. titu.* Diocletianus *&* Maximianus. *Certum eſt, mala fide poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare: bona uerò fide, extantes: poſt litis autem conteſtationem uniuerſos.*

Bonæfidei *emptor fructus conſumptos reſtituere non cogetur.* Papin. *in l. prima. §. cùm prædium. ff. de pig.*

Boni *iudicis intereſt lites dirimere. l. properandum.*

*in princi.C.de iudicijs. l. quidam existimauerunt. in fine. ff. si cert.pet.Iulianus. Sed in utraque causa humanius mihi facturus uidetur prætor, si actorem compulerit ad accipiendum id, quod offertur: cum ad officium eius pertineat, lites deminuere.*

Bono *melius inueniri potest. l. ubi autem. ff. de uerb. oblig.* Vlpia.*Si quis ita stipulatus sit,* Tritici Africi boni modios centum: uini Campani boni amphoras centum: *incertum uideatur stipulari: quia bono melius inueniri potest. Quo fit, ut boni appellatio non sit certæ rei significatiua: cum id, quod bono melius sit, ipsum quoq; bonum sit. At cum optimum quis stipulatur: id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradũ bonitatis habet. Quæ res efficit, ut ea appellatio certi significatiua sit.*

Bonus *uel malus ex natione præsumitur. l. quod si nolit.§.qui mancipia. ff.de ædil. edic.* Vlpianus: *Qui mancipia uendunt, nationem cuiusq; in uenditione pronuntiare debent. Plerunque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos uideri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Arbor enim mala non potest bonos fructus facere.*

Bonus *præsumitur qui de bono genere natus est. l. cùm unus. in princ. ff. de aliment. uel cibar.* Papinianus. *Quid enim si cæteros hæredes suos euitauit, & quietam ac uerecundam, atq; etiam idoneam, libertis consulens, domum sequi maluit? & ideò ab omnibus hæredibus hæredis alimenta præstabuntur.*

Bona *Ecclesiæ egentibus præstanda sunt. Nouell. De non aliena. aut permutand. reb.§. his solis. Const.* VII. *His solis*

*solis uidelicet conducendis & in emphiteusin dandis rebus, quascunque putant tali aliquo egere.*

Boni *mores præualent diuitijs. l.scire oportet. §. cùm reliquis.ff.de tutorib.& curat.*Modestinus: *Neq; facultates enim,neq; dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio & benigni mores.*Vide,j.Fidelitas.

Boues *magis armentorum,quàm iumentorum genere appellantur.Pomponius in l.boues. ff.de uerb.sig.*

Breuitate *concinna utendum est: quoniam prolixitas nimia confundit ingenium hominis fragile. l. ampliorem §.in refutatorijs.* C. *de appellat.& consult. Iustinianus:* In *refutatorijs autem libellis, qui solent maximè in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari: caueant tam litigatores, quàm l bellorum dictatores uerbosis uti adsertionibus, & ea,quæ iam perorata sunt, iterum resuscitare.*

L.*fin.C.de donat.Iustinianus:* Verba *superflua, quæ in donationibus poni solebant:id est,* Sestertius numi unius asśium quatuor,*penitus esse reijcienda censemus.* Quid *enim uerbis opus est,quæ rerum effectus nullus sequitur.*

*Mirandum autem est: qua fronte Commentatores in ore semper habuerint: Gaudent breuitate moderni: cùm ipsi finem altercandi non faciant.*

C

CAlamitas *matris nocere ei, qui in uentre est, non debet. Martianus.in l.& seruorum. §.ingenui. ff. de statu.homi.Inst.de inge.§.& è contrario.*

Calliditas *non debet alicui prodesse. l.sed & si hæreditas.§.interdum. ff.ad exhibend.*Vlpianus: *Nam in hunc casum suis sumptibus, & periculo debebit exhibere in eum locum,ubi agetur: ne ei calliditas sua prosit. l. si duo.*

*in princip. ff. si quis caution. b.* Paulus: *Ne prosit ei dolus propter societatem.*

L.j. *ff. de dolo malo.* Vlpianus: Hoc edicto, Prætor aduersus uarios & dolosos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam, subuenit: ne uel illis malitia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas damnosa.

L. *uerum est.* §. *tempus. ff. pro socio.* Vlpianus: Nec enim æquum est, dolum suum quenquam releuare.

Capere *qui per se non potest, etiam per alium capere non poterit. l. neq;. C. de hæredib. instit.* Diocletia. & Maximia. Neq; per se hæredes institutos, quibus hoc concessum non est, neq; per seruos proprios hæreditatem posse quærere, iuris dictat ratio. *l. non minus. ff. eo. tit.*

Capere *non uidetur quisquã id, quod ei necesse est alij restituere.* Caius *in l. non uidetur quisquam. ff. de reg. iur.*

Caput *principale membrum hominis est. l. cùm in diuersis. ff. de relig. & sump. fu.* Paulus: Mihi autem uidetur, illum esse religiosum locum, ubi quod principale est conditur: id est, caput, unde qualis cuiusq; imago sit, cognoscitur.

Carceratus *pro delicto si fugiat, habetur pro confesso. l. in eos. ff. de cust. reor.* Et quamuis (inquit Terentius Clemens) innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerem: tamen puniendi sunt.

L. *milites agrum.* §. *eius fugam. ff. de re milit.* Macer. Eum tamen, qui carcere effracto fugerit, etiam si antè non deseruerit, capite puniendum, Paulus scripsit.

Carceris *custodia loco consueto & publico debet exerceri: alioquin pœna committitur priuati carceris. l.j. C. de priuat. carcerib. l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Carcere *detineri censetur, ita detentus ut liberè non possit abire, quocunque in loco. l. succurritur. ff. ex quibus* caus

*cauſ.maior.* Calliſtratus: *Nam etiã incluſos (ueluti latumijs) uinctorum numero haberi placet: quia nihil interſit, parietibus an compedibus teneatur.* Latumiæ, *loca ſunt cæſis lapidibus excecta.l.j.C.de pri.carce.l.qui in carcerem.ff.quod met.cauſa.l.ſolutum. ff.de uerb.ſig.*

Carceri *non poteſt honeſta mulier mancipari.l.j.de offici.diuerſo.iudic.* Nouell.*de uicari.* §.*neceſſarium autem.* Conſtit. CXXXIII.

Carceribus *detineri doctor aut honorata perſona non poteſt, ut tractatur in l. medicos. C. de profeſſori. & medicis.*

Carcer *dicitur ſpecies torturæ: quoniam ualdè premit hominem adempta corporis libertas.* Tractatur *in l. j. C.de epiſc.audien.Cle.j.de hæretic.l.j.C.qui ad liberta. per-ue.non poſſ.*

*Ex quibus adparet: carcerem grauare famam cuſtoditi, ut qui præſumitur, ob factum bono uiro indignum inuitus detineri: quemadmodum de condictione furtiua dicimus, non famoſa quidem, ſed grauante tamen nomen conuicti apud bonos uiros.*

Carcer *non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam introductus eſt.l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn. l. credibile. C. eodem titu.*

Carceri *mancipatus ſi moriatur: coniectura eſt legitima, cum fuiſſe mortuum aut dolo, aut culpa officialium niſi probent innocentiam ſuam.* Tractatur *in l.cùm ita. §. ſpecies.ff.de lega.ij.l.j.in fin.& l.pen.C.de cuſt.reo.*

Carcer *priuatus prohibetur ſub pœna læſæ maieſtatis omnium grauiſsima.l.j.C.de priuat.carcerib.*

Carbonum *appellatione materia non continetur. l.carbonum. ff.de uerb. ſignific.* Vlpianus: *Carbonum ap-*

*pellatione ait Ofilius materiam non contineri. Sed an lignorum? & for tassis quis dicet, nec lignorum. Non enim lignorum gratia hæc testator habuit.*

Charitas *non uult seipsum aut sua negligi. l. præses prouinciæ. C. de seruit. & aq. Claudius: Præses prouinciæ usu aquæ, quam ex fonte iuris tui profluere allegas, contra statutam consuetudinis formam carere te non permittet: cum sit durum & crudelitati proximum, ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, usum sitientibus agris tuis, ad aliorum usum uicinorum iniuria propagari.*

*L. isti quidem. in fine. ff. quod met. cau. Paulus: Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere: nihil interest, in se quis ueritus sit, an liberis suis. Cùm pro affectu magis in liberis parentes terreantur. Inst. de noxal. act. §. quis enim.*

Castitas *sola est, quæ potest animas hominum Deo cum fiducia perseuerare. Nouell. De quo in loco per Imperi. §. sancimus igitur. Constit. XIIII. Sancimus igitur, ut quisq; pro se, quantum in ipso est, castitatem colat, quæ sola hominum animas cum fiducia Deo præsentare potis est.*

Castitas *maior requiritur in muliere, quàm in uiro. l. si qua illustris. §. sancimus. C. ad senat. Orfitian. Cùm in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est. Nouell. Quomodo oport. Episcop. §. oportet enim. in fine. Const. VI. Quomodo non magis uos in his, quæ à Deo glorificantur, idem definimus pudicitiam, quæ quum maximè mulieres exornat, conseruari uolentes, cum conueniat uenerabilibus diaconissis, ut quod naturam decet, custodiant, & quod debetur sacerdotio, conseruent.*

Castigatio *leuis concessa est docenti. Vlpianus in l. sed et si. in fine. ff. ad leg. aquiliam. Leuis duntaxat castigatio*

*gatio concessa est docenti.* Paulus: *Praeceptoris enim nimia saeuitia culpae adsignatur.* Et l.item quaeritur.§.item Iulia. ff. locat. & cond. Vlpianus: *Quamuis enim magistris leuis castigatio concessa sit.*

Casus *fortuitus non liberat obligatum debitorem ab actione.l.quae fortuitis.C.de actio.pigno.* Alexander: *Quae fortuitis casibus accidunt, cùm praeuideri non potuerint: (in quibus etiam aggressura latronum est) nullo bonae fidei iudicio praestantur. Et ideò creditor pignora, quae ex huiusmodi causa interierint praestare non compellitur, nec à petitione debiti submouetur, nisi inter contrahentes placuerit, ut amißio pignorum liberet debitorem.*

L.Creditor.C.eod.tit. Alexander: *Si creditor sine uitio suo argentum pignori datum, perdidit: restituere id non cogitur. Sed si culpae reus deprehenditur, uel non probat manifestis probationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet.*

L.*subtracto.C.de furt. & ser.corr.* Dioclet.& Maxim. *Subtracto furto uel ui abrepto mancipio, quamuis rebus humanis non oblatum fuerit exemplum: tam ad raptorem, quàm ad furem periculum redundabit, & uterque eorum poena legitima coërcebitur.l.si fundus.ff.de pignorib.*

Casus *fortuitus siue aduentitius non est sperandus.l.Iulianus.ff.qui & à quib.* Scaeuola: *Iulianus (inquit) de eo loquitur, qui in substantia nihil aliud habet. Nam si habeat: quare non dicetur unum posse manumitti? qui enim uno mortuo soluendo est, & uno manumisso soluendo est, nec aduentitij casus computandi sunt.l.diuortio. ff.neg.gest.*

Casus *omissus, dispositioni iuris communis relinquitur.l.commodißimè. ff.de liber.& posthu.* Pomponius: *Si alteruter casus omissus fuerit: eo casu, quo amissus est, na-*

*tus rumpit testamentum: quia ne sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui in hunc casum nascitur, qui non est testamento apprehensus.*

L. *si cum dotem. in princ. ff. sol. matr.* Vlpianus: *Si cùm dotem daret pater, uel extraneus, pro muliere in unum casum pepigit, uel in diuortium, uel in mortem: dicendum est, in eum casum, in quem non pepigit, esse mulieri actionem. l. si extraneus. ff. de condict. caus. dat.*

Ex *diuerso*: *Qui in uno casu sibi prouidet, in alio casu sibi prouidere uidetur. l. si cùm dotem. in princip. ff. solut. matrim.* Et *l. si extraneus. ff. de condict. caus. dat. caus. non secuta.*

Casum *qui dicit probare tenetur. l. consulta diualia. C. de testament.*

Causæ *ecclesiæ æquiparantur publicis causis. l. ut inter diuinum. in princ. C. de sacros. eccles.*

Causa *debet præcedere effectum. l. Titius. ff. quæ res pig. uel hypothe.*

Causa *cessante cessare debet effectus. l. generaliter. C. de episc. & cleri:* Habent enim clerici immunitatem à *tutelis & curis, ut inhæreant diuinis ministerijs, qua causa cessante, cessat effectus. l. si pater. C. de hæredib. instit. l. j ff. de minorib. xxv. ann. l. actione. §. item si alicuius. ff. pro soc.* Paulus: *Item si alicuius rei societas contracta sit, & finis negotio impositus: finitur societas.*

L. j §. *sexum. ff. de postul.* Vlpianus: Origo uerò *introducta est à Calphurnia improbißima fœmina: quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam dedit edicto.* Quid *ergo si aliqua bona fœmina inueniatur, poterit'ne postulare?* Videtur *quod sic: quoniam causa cessante uidetur cessare effectus.* Diuersum *tamen est*

*uerum*

*uerum.* Nam *obstant & aliæ rationes: scilicet fragilitatis & pudicitiæ, ut ibi.l.si mulier dotem.C.de iur.dot.*

Causarum *siue negotiorum merita partium adsertione panduntur.l.fin.C.si per uim uel alio mod. c.tum ex literis §.tandem deliberatio. de in integ. restitut.* Alexander Papa III. *Tandem deliberatio nostra in hoc resedit, ut an data sit restitutio, an danda contra promissam sententiam partibus præsentibus decernatur, quarum adsertione merita causarum panduntur.*

Causa *falsa actum non uitiat.l. demonstratio falsa.§. quod autem.ff.de conditionibus & demonstr.* Caius: *Quod autem iuris est in falsa demonstratione, hoc uel magis est in falsa causa.*

Causa *significari debet quotiens aliquid fit.l.cum hi. §.uult igitur.ff.de transact.* Vlpianus: *Vult igitur oratio apud prætorem de istis queri: in primis de causa transactionis, deinde de modo, tertiò, de personis transigentium. In causa erit inquirendum, quæ causa sit transigendi. Sine causa enim neminem transigentem audiet prætor.*

*L.iiij.in princip.ff.de suspectis tutoribus & curatorib.* Vlpianus: *Quoniam hæ causæ faciunt, ut integra existimatione tutela uel cura quis abeat. Decreto igitur debebit causa remouendi significari, ut appareat de existimatione. Quid ergo, si non significauerit causam remotionis decreto suo? Papinianus ait, debere dici, hunc integræ esse famæ. Et uerum est.*

*L. filiusfamiliâs.§.diui Seuerus.ff. de legat.j.* Martianus: *Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, eorum qui in testamēto uetant quid alienari, nec causam exprimunt, propter quam id fieri uelint: nisi inueniatur persona: cuius respectu hoc à testatore dispositum sit: nullius esse mo-*

*menti scripturam, quasi nudum præceptũ reliquerint: quia talem legem testamento non possunt dicere.*

*L.ij.§.ignominiæ causa.ff.de his,qui not.* Vlpian. *Ignominiosa autem mißio toties est: quoties is qui mittit, addit nominatim ignominiæ causa se mittere. Semper enim debet addere, cur miles mittatur.* Vide, j. Exceptio.

Causa *propria sic ab aliena differt, quod eam propriam causam dicimus, cuius emolumentum uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.* Vlpianus *in l.j.§.in propria causa.ff.quando appelland.sit.*

Causam *prolatam sola testatione, nec alijs legitimis adminiculis approbatam, nullius esse momenti, certum est. l.sola testatione.C.de testib.*

Cautela *abundans non nocet.l.testamentum.C.de testament.& quemadm.* Arcad.& Honor. *Testamentum non ideo infirmari debebit, quòd diuersis hoc deficiens nominibus appellauit, cum superflua non noceant.* Nanq; *necessaria prætermissa imminuunt contractum, & testatoris officiunt uoluntati, non abundans cautela.*

*L.item si.§.quid tamen.ff.neg.gest.* Vlpia. *Quid tamen, si à procuratore tuo stipulatus fuero? potest dici, superesse mihi aduersus te negotiorum gestorum actionem: quia ex abundanti hanc stipulationem interposui.*

Cauendum *est de eo quod faciendum est in futurum.l.ij.§.quod si constiterit.ff.de iudicijs.*

Cautionis *uerbum simpliciter prolatum à testatore, uel à lege ciuili, intelligitur de nuda promißione: nisi aliud sit dictum.l.sancimus.C.de uerborũ significatio.* Iustinianus: *Sancimus cautionis nomine uel ἀσφαλείας nõ esse fideiussoris dationis interpretandam: nisi hoc specialiter uel in Græcis, uel in* Latinis *uerbis scriptum fuerit.*

Nisi

*Nisi enim uel generaliter de satisdatione, uel fideiußione specialiter sit nominatum: cautione uel ἀσφαλέια minime fideiußionem, sed nudam promißionem significari. l. si mandatum Titij. in fi. ff. mandat.*

Cepisse *non uidetur, qui per exceptionē à petitione remouetur. Vlpian. in l. non uidetur. ff. de reg. iur.*

Certus *certiorari non debet. l. j. in fin. ff. de actio. emp. & uendit. Vlpianus: Hæc ita uera sunt, si emptor ignorauit seruitutem: quia non uidetur esse celatus, qui scit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit. l. denuntiasse. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Certum. *propter incertum non est delinquendum. l. j. l. si idem. §. sed etsi mutuæ. ff. de in lit. iur. & l. partum ancillæ. C. de rei uendica.*

Certanti *de damno uitando, magis succurritur, quàm de lucro capiēdo. l. fin. §. sin uerò creditores. in fin. C. de iure delib. Vide, j. Creditoribus.*

Cedere *bonis acerbum est. nouell. Vt creditores primùm. §. cæterùm. in fin. Constit. I I I.*

Censere *est constituere uel præcipere. l. censere est. ff. de uerb. sign. Iabolenus. Vnde etiam dicere solemus, censeo ut facias: & senatum aliquid censuisse. Vnde censoris nomen uidetur esse tractum.*

Circuitus *est euitandus. l. dominus testamento. in fin. ff. de condictio. indebiti. Proculus: Sed tum benignius, quàm utilius est: uia recta ipsum, qui numos dederit, suum recipere. l. fin. C. de adoptionib. Iustinianus: Veteres circuitus in adoptionibus.*

*L. ij. in princip. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. si usufructus mihi. §. quod si fideicommiß. ff. usufruct. quemadm. Vlpianus: Quod si fideicommissarij causa fructus mihi relictus est, nec est*

*nec est ulla spes ad me reuertendi ususfructus: recta uia fideicōmissarium cauere oportet domino proprietatis.* Item, *ut tu mihi, ego domino proprietatis caueam.*

Citatio *facta die non feriato, ut fiat actus die feriato. nō ualet. Arg. l pro parte. ff. de seruit.* Quia *actus imperfectus peruenit ad eum casum à quo incipere non potuit.*

Ciues *non aliâ, quàm per portas egredi licet. l. fin. ff. de rerum diuisio.* Pomponius: *Si quis uiolauerit muros, capite punitur: sicuti si quis transcendet scalis admotis, uel alia qualibet ratione.* Nam *ciues* Romanos *aliâ quàm per portas, egredi non licet: cum id hostile & abominandum sit.* Nam Romuli *frater* Remus *occisus traditur, quòd murum transcendere uoluerit.*

Clarum *probatione non indiget. l. j ff. de in integr. restitut.*

Clàm *delinquens grauius punitur, quàm si palàm delinqueret. l. fin. ff. de ritu nupt.* Paulus: *Qui uerò ex latere eam duxerit, quam uetatur: uel adfinem, quam impeditur: siquidem palam fecerit, leuius: si uerò clàm hoc commiserit, grauius punitur. Cuius diuersitatis illa ratio est circa matrimonium, quod ex latere non bene contrahitur, quòd palàm delinquentes, ut errantes maiore pœna excusantur: clàm committentes, ut contumaces plectuntur. l. non existimo. ff. de admin. & peric. tut.* Triphoninus: *Quia hic sibi non consumpsit, nec clàm, nec quasi sua pecunia licenter abutitur.*

*Plus punitur qui palàm facit quàm qui clàm. l. nemo. §. igitur. C. de summ.* Trinit. Martianus: *Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit: à consortio clericorum remouebitur.*

*Nouel. de uicar. seu loc. tenentib. §. quia uerò. Constit.*

CXXXIIII. *Fures appellamus eos, qui clàm & sine armis talia delinquunt.* Eos enim, *qui uiolenter grassantur, uel cum armis, uel sine armis, siue in* domo, *siue in uia, siue in mari, legibus comprehensas sustinere pœnas iubemus.*

Clausula *generalis plura continens, ad omnia refertur. l. talis scriptura. in fin. ff. de legat. j* Vlpianus: *Item si legetur pecunia, quæ in arca est, uel uinum, quod in apothecis est, dicendum est, cessare clausulam: quoniam quoties species legatur, cessare dicimus.* Hanc antem *scripturam nō solùm ad præcedentia legalia, sed ad uniuersa, quæ testamento adscripta sunt, extendi* Gallus *Aquilius*, *Ofilius*, Trebatius *responderunt, idq́; uerum est.*

*L. j. in princ.* C. *de libe. præterit. uel exhær. c. olim. de rescrip.* Vos *utrum clausula illa,* Si *esset ita, de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasuræ deberet intelligi, dubitastis.* Nos *igitur respōdemus quòd clausula illa, ad omnia debet superiora referri ad hoc ut ipsi* R. *præfata ecclesia conferatur. c. fi. de appell.*

Clausula *generalis non refertur ad ea quæ nominatim sunt expressa. l. doli clausula. ff. de uerbor. obligat.* Papinianus, Doli *clausula, quæ in stipulationibus subijcietur, non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus caueťur.*

*L. sed & si per prætorem. in princip. ff. ex quib. cauſ. maio.* Vlpianus: Aduersus *relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula,* Pomponius *ait, sed non & ipsi concedendam. l. fin. ff. de in ius uoc.*

L. *si seruus seruum §. cum eo planè. ff. ad legem* Aquil. Vlpianus: *Sed non est nouum, ut lex specialiter quibusdam enumeratis, generale subijciat uerbum, quo specialia*

complect

*complectatur. Quæ sententia uera est.*

C. *cum dilecti.* De donationibus. Innocentius: *Mandamus quatenus ad sententiam pro ipso monasterio proferendam appellatione postposita procedatis, cum ex tenore instrumenti uehementer apparet quod hæc fuit mens & intentio donatoris, ut clausula de foresta quæ in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem donationem, quæ tam libera, & pura fuit ut immunis esset ab omni uexatione, & consuetudine seculari, sed ad inferiorem concessionem quæ pensionem, & determinationem habet insertam, iuxta sanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoq; plenißima est interpretatio adhibenda.*

Clementia *facit nos pares* Deo. Iustinianus. *l.* Imperialis. §. *nam ita credimus.* C. *de nup.* Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, quantũ nostræ naturæ poßibile est, imitari. Nouell. *ut præsid. absque ulla.* §. *magno igitur.* Constitu. v i i i. *l.* j. §. *sexum. ff. de postul.*

Clerici *debent esse audaces ad defendendam legem* Christi. Nouell. *de reb. Ecclesiast.* §. *œconomus.* Consti. v i i.

Clerici *sunt digniores militibus. l. nemo.* C. *de summa Trinitate.*

Compensationem *emptores solũmodo petitioni pretij aduersus fiscum obijcere prohibentur. l. si ex uenditione.* C. *de compensatio.* Alexand. *Si ex uẽditione pretium uenditori debetur, compensationis ratio opponitur. Aduersus fiscum enim solummodo emptores petitioni pretij compensationem obijcere prohibentur.*

Conceduntur *aliqua per obliquum, quæ non concederentur directò. Vel, Consequimur aliqua per aliũ, quæ*

*per nos*

*per nos consecuturi non essemus.l.Aristo.in fin.ff.Quæ res pig.uel hypot.Paulus:Sæpe enim quod quis ex sua persona non habet,hoc per extraneum habere potest.*

L.*Liberto.§.quanquam.ff.negot.gestor.*Papin.*Quanquam mater filij negotia secundum uoluntatem patris pietatis fiducia gerat: tamen ius actoris, periculo suo, litium causa constituendi,non habebit. Quia nec ipsa filij nomine rectè agit, aut res bonorum eius alienat, uel debitorem impuberis accipiendo pecuniam liberat.*

Conceditur *aliquid ne res pereat, quod aliàs non permitteretur.l.*Diuus Pius.§.*sed & .ff.de petitio. hæredita.* Vlpianus. *Sed & propter familiæ cibaria, necessaria erit deminutio.*Et *res tempore perituras permuttere debet* Prætor *distrahere.*

L.*Si bonæfidei.ff.eod.tit.* Papinianus. *Si bonæfidei possessor uelit cum debitoribus hæreditarijs, aut his, qui res hæreditarias occupauerunt, consistere: audietur utique si periculum erit,ne inter moras actiones intercidant.*

L.*Sed etiam ex his.ff.de procurato.*Caius: *Sed etiam ex his causis dicetur aliquando cogendum procuratorem iudicium accipere: ueluti si dominus præsens non sit, & actor adfirmet tractu temporis futurum,ut res pereat.*

Concesso *uno, conceduntur omnia, sine quibus id explicari non potest.l.ij.ff.de iurisdictio.* Iabolenus.*Cui iurisdictio data est:ei quoque concessa esse uidentur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.*

L.*iij.*C.*de iudicijs.* Alexander. *Quoties quæstio status bonorum disceptationi concurrit: nihil prohibet, quò magis apud eum quoque, qui alioqui super causa status cognoscere non poßit,disceptatio terminetur.l.fin.ff.de offic. eius cui mandat.*

Conditio

Conditio *regulariter est de futuro, non de præterito, uel præsenti. l. institutio talis. ff. de constit. institutio. in fin. Vlpianus: Si quem ita institutum ponamus.* Ille, si cum codicillis hæredem scripsi, hæres esto: *ualet institutio etiam in filio, qui in potestate est: cum nulla sit conditio, quæ in præteritum confertur, uel etiam in præsens: ueluti,* Si rex Parthorum uiuit: si nauis in portu stat.

Concubinam *cuiuscunq; ætatis haberi posse, palã est: nisi minor annis duodecim sit. l. j. in fi. ff. de concub.*

Concubinam *unam habere licet, & qui unam habet castè uiuit. nouell. de triente, & semis. §. Consideremus autem. in fin. Constit.* XVIII.

Condemnatum *accipere debemus eum, qui ritè condemnatus est, ut sententia ualeat. Cæterùm si aliqua ratione sententia nullius momenti sit: dicendum est cõdemnationis uerbum non tenere.* Vlpian. *l. si se. §. condemnatum. ff. de re iudicat.*

L. Q*uibus diebus. ff. de conditionib. & demonstrat.*

Conditio, *possidentis in pari causa melior est. l. ij. C. de condict. ob tur. cau.* Antoninus, *Cum te propter turpem causam, contra disciplinã temporum meorum domũ dedisse aduersariæ profitearis: frustra eam tibi restitui desideras: cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur.*

L. Si *ob turpem. ff. de condictio. ob turp. caus.* Paulus, Porrò *autem si, & dantis, & accipientis turpis causa sit: possessorem potiorem esse, & ideo repetitionem cessare, tametsi ex stipulatione solutum sit.*

L. In *hæredem. §. sed etiam. ff. de calumniatoribus.* Vlpianus. *Sed etiam præter hanc actionem condictio competit, si sola turpitudo accipientis uersetur.* Nam *si & dantis: melior causa erit possidentis.*

L. In

L. In pari. ff. de reg. iuris. Paulus. In pari causa possessor potius haberi debet.

L. Si seruum. §. sequitur uidere. in fin. ff. de uerbo. obligationib. Paulus. Nam cum quæritur de damno, & par utriusque causa est: quare non potentior sit, qui tenet, quàm qui persequitur.

L. ij. ff. ne quis eum qui in ius uoca. Paulus: Nam cum uterque contra edictum faciat: & libertus, qui patronum uocat, & is qui patronum ui eximit: deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet.

L. transactione finita. C. de transact. Valerian. & Gallien. Transactione finita, cùm ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quàm eorum contra quos preces fundis, confitearis: instaurari graue, nec non criminosum tibi est.

Conditione pendente, nihil est in re. l. qui hæredi. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

Conditionem ignorantis & inuiti meliorem facere possumus, non autem deteriorem. l. soluendo. in fin. ff. neg. gest. Caius. Naturalis enim simul & ciuilis ratio suadet: alienam conditionem meliorem, etiam ignorantis & inuiti, nos facere posse: deteriorem non posse. Vide superius, Beneficium inuito.

Conditio dura non debet homini per hominem inferri. l. non debet. ff. de reg. iur. Pomponius. Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Conditio, hoc est sexus, ætas, fama, fortuna & fides: in testibus requiruntur. l. iij. ff. de testib.

Conditio iurisiurandi hæredi, uel legatario, uel fideicommissario, uel mortis causa donatario apposita remittitur, siue sola, siue coniunctim, siue disiunctim, cum alia fuit apposita. l. qui sub conditione, in princip. ff. de condi-

 tionibus

*tionibus institutio.*

Conditio *non remittitur sicut iusiurandum in stipulationibus legatis, fideicommissis, & mortis causa donationibus remitti solet.* Vlpianus *in l.qui sub conditione. §.si quis.ff.eod.tit.*

Conditio *uidetur esse adimpleta, quando non stat per eum qui uult adimplere.l.dedi.§.final.ff.de condict. caus. dat.caus.non secut.*

Condictio *furtiua, est rei persecutio.l.j.C.de condictio.furti.*

Condictio *debet adimpleri in forma specific.l.*Meuius.*ff.de conditionib.& demonstrationib.*

Conditionis *melioris malè agens non debet esse, quàm bene.l.non solum.ff.de noxalibus actionibus.* Caius. Non *solum aduersus bona fide possessores, sed & aduersus eos, qui mala fide possident, noxalis actio dabitur.* Nam *absurdum uideretur eos quidem, qui bona fide possiderent, excipere actionem: prædones uerò securos esse.l.ij.C.creditor.euictio.non habere.*

Conditione *meliore non debet frui stultus, quàm sapiens.* L. Seruius. *ff.* Quod *ui, aut clàm.* Venuleius: *Seruius etiam clàm eum facere ait, qui existimare debeat sibi controuersiam futuram: quia non opinionem eius, & resupinam existimationem sequi oporteat: ne melioris condititionis sint stulti, quàm periti,*

Conductor *non tenetur de casu fortuito.* Institut. *de locatio.& conduct.§.qui pro usu.*

Conditio *nostra melior per seruos nostros fieri potest, deterior fieri non potest.* Caius *in l.melior conditio.ff. de reg iur.*

Conditionem *sufficit impletam esse siue in uita, siue*

*siue post mortem testatorum. l. si quis hæredem. in fin. C. de institutionibus, & substitutionib.* Iustinianus. *Omni ueterum dubitatione explosa, sancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, siue uiuo eo, siue mortis tempore, siue post mortem: conditionem uideri esse completam.*

Confessio *absente aduersario facta, non ualet. l. fina. ff. de interrogationibus. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis.* Vlpianus. *Si quis absente aduersario confessus sit: uidendum, nunquid non debeat pro iudicato haberi: quia nec qui iurat de operis, obligetur, ne soleat quis absenti condemnari. Certè procuratorem, tutorem, curatorem'ue præsentem esse sufficit.*

L. j. *C. de confessis.* Antoninus. *Confessos in iure pro iudicatis haberi placet. Quare sine causa desideras recedi à confessione tua, cum & soluere cogeris.*

Confitenti *sponte parcitur: hoc est, mitius cum eo solet agi. l. iij. in fin. ff. de alienat. iud. mutand. caus. fact.* Caius. *Quid ergo, si is, aduersus quem talis actio competit, paratus sit utile iudicium pati, perinde ac si possideret? Rectè dicitur denegandam esse aduersus eum ex hoc edicto actionem. l. j. C. de his, qui se deferunt. l. si ex causa. §. j. ff. de minoribus.* Et *l. unica. C. de plus petitionibus.*

Confessus *pro iudicato est: quia quodammodo sua sententia damnatur.* Paulus *in l. j. ff. de confess.*

Confessio *facta in carcere non ualet, nisi tamen perseueret, positus extra carcerem, in tali confessione. l. qui in carcerem. ff. quod metus causa.* Paulus. *Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret: quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.*

L. j. §. *Diuus Seuerus.* Et *§. quæstioni. ff. de quæstionib.* Vlpianus. *Diuus Seuerus rescripsit, confessiones reorum*

*pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur.* Etenim *res est fragilis, & periculosa, & quæ ueritatem fallat.* Nam *plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo poßit. Alij tanta sunt impatientia, ut quoduis mentiri, quàm pati tormenta uelint.* Et *ita fit, ut etiam uario modo fateantur: & non tantum se, uerùm etiam alios criminentur.*

Confeßi *de se: iuris ueteris autoritate, interrogandi de aliorum conscientia non sunt. l. final. C. de accusationibus.* Honor. & *Theodos. Cùm ueteris iuris autoritas de se confeßos nec interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur super proprio crimine confitentem, super aliena conscientia scrutetur.*

L. *Vnica. C. de cõfeß. l. Prouinciarum. C. de ferijs.* Honor. & *Theodos. Prouinciarum præsides moneantur, ut in quæstionibus latronum, & maximè Isaurorum, nullum quadragesimæ tempus, uel uenerabilem paschalem diem existiment excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est: cùm facillimè, & in hoc summi numinis speretur uenia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur.*

L. j. C. *de fals. monet.* Constantinus. *Quoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent: cuncti cognoscant neceßitatem sibi incumbere, huiusmodi homines inquirendi, ut inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormenta ilico prodituri, ac sic dignis supplicijs addicendi.*

L. *diuus Hadrian. ff. de custodi. reor.* Vt *Irenarchæ, cum* *appreh*

*apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs, & receptoribus. Et interrogationes literis inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittant.*

In confitentem *nullæ sunt partes iudicis. l. Proinde, si. in fin. ff. ad leg. aquil.* Vlpian. *Notandum, quod in hac actione quæ aduersus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ, sed æstimandæ datur.* Nam *nullæ partes iudicantis in confitentes sunt.*

Coniecturæ *est locus in incertis, non autem certis. l. continuus. §. si ita stipulatus. in fine. ff. de uerbor. obligat.* Venuleius. *Quia in eo, quod tempore atq; facto finitum est, nullus est coniecturæ locus.*

Commodata *res intelligitur tunc propriè, cùm nulla mercede accepta, uel cōstituta, res tibi utenda data est: alioqui mercede interueniente, locatus tibi usus rei uidetur.* Instit. *quibus mod. re contrah. obliga. §. commodata.*

Commodatum *debet esse gratuitum. l. si rem tibi. §. si cum unum. ff. de præscript. uerbis.* Instit. *de locat. & conduct. §. & placuit.*

Inter commodatum *& utendum datum* Labeo *quidem ait, tantùm interesse, quantùm inter genus & speciem.* Commodari *enim rem mobilem, non etiam soli: utendam dari etiam soli.* Sed *(ut apparet) propriè commodata res dicitur, & quæ soli est, idq; Caßius existimat.* Vlpianus *in l. j. ff. commodat.*

Commodari *non potest id, quod usu consumitur: nisi fortè ad pompam, uel ostentationem quis accipiat.* Idem *in l. sed mibi. in fin. ff. eod. tit.*

Commodare *poßumus etiam alienam rem, quàm poßidemus: tametsi scientes alienam poßideamus.* Paulus *in l. commodare. ff. eod. tit.*

Commodum *debet esse eius, cuius est periculum.* Institut.de empt.*&* uenditio.*Sed etsi post emptionem fundo aliquid per alluuionem accesserit: ad emptoris commodum pertinet.* Nam *&* commodum eius esse debet, cuius periculum est.l.id quod post.in princip.ff.de peric. *&* com.rei uend.Paulus.Id quod post emptionem fundo accessit per alluuionem, uel perijt: ad emptoris cõmodum incommodumq́; pertinet. Nam etsi totus ager post emptionem flumine occupatus sit, periculum esset emptoris: sic igitur *&* commodum eius esse debet.Instit.de legit.patro.tut.§.fin.

Coniunctio *maris atque fœminæ quam matrimoniũ appellamus, descendit à iure naturali.* Item, *liberorum procreatio.*Vlpianus in l.j.§.ius naturale.ff.de iust.*&* iur.Instit. de iur.nat.gent.*&* ciuil.in princ.Cicero lib.offic.j.

Coniunctio *disiunctiua posita inter personas pro coniuncta habetur, non autem si inter res sit adposita.*l. cum quidam.§.melius.C.de uerb.signifi.Iustinianus. Melius itaque nobis uisum est, omni huiusmodi uerbositate explosa, coniunctionem AVT, pro ET, accipi, ut uideatur copulatiuo modo esse prolatum, ut *&* primam personam inducat, *&* secundam non expellat. Quemadmodum enim (uerbi gratia) in interdicto, Quod ui aut clàm. aut, coniunctio pro Et apertißimè posita est: ita *&* in omnibus huiusmodi casibus. Exemplum inter personas: ut si testator diceret, Titium aut Meuium instituo hæredem: ista coniunctio disiunctiua habetur pro coniunctiua, ut sit uterq; hæres. Inter res uerò retinet uim suam. Vide Paulum, in l. sæpe ita.ff.de uerb.signifi.

Coniunctio *disiunctiua posita inter conditiones negatiuas, resoluitur in coniunctiuam fauore liberorum: quod & ad extraneos extenditur.*l.generaliter.in princip.C.de instit.

*instit. & substit.*

Coniuncti, *loco unius habentur. l. si pluribus. ff. de leg. ij.* Pomponius. *Si pluribus hæredibus institutis ita scriptũ sit,* Hæres meus damnas esto dare aureos quinque: *non quilibet hæres, sed omnes uidebuntur damnari, ut unà quinque dent.*

Commentariensis *aliàs dicitur, qui reos custodia obseruat.* Nam *si effugerint, ipse eadem pœna affici debet. l. penult. C. de custod. reor.*

Commentariensis *aliàs appellatur is, qui præest à Commentarijs, id est, libris & rationibus publicis. l. in fraudem. ff. de iure fisci.* Paulus. *Eáq; manu Commentariensis adnotanda sunt.*

Communio *parit discordiam. l. cum pater. §. dulcißimis. ff. de leg. ij.* Papinianus. *Cùm discordijs propinquorum sedandis prospexerit, quas materia communionis solet excitare.*

Commune *quod est, meum non est. l. in tantum. §. uniuersitatis. ff. de rer. diuis. l.* Quintus Mutius *ait. in princ. ff. de aur. argen. mundo.*

Comparatiuus *accipitur sæpe pro positiuo: quoties altera collationis pars nominatim non ponitur in oratione. l. benignius. ff. de legi.* Celsus. *Benignius leges interpretandæ sunt, quò uoluntas earum conseruetur.*

Consanguinei *sunt qui ex eodem patre nati sunt: non ex eadem matre.* Nouell. *de consangui. & uteri. fratri. §. j.* Constit. LXXXIIII.

Conscientia *nihil aliud est, quàm secretum, & infallibile facti nostri iudicium, & mille testes, ut dici solet.*

Conscientia, *ad gehennam deducit eum, qui facit contra eam. c. literas. §. horum autem adsertione. de restit.*

*ſpoliat.c.cum tanto. De conſue.c. quoniam omne.in fin.de præſcript.. Itaque iudex contra conſcientiam ſuam pronuntians, ad gehennam ſeſe damnat.*

Conſcientiæ *qui confidit, & negligit famam, crudelis eſt xxij. q.j.c.nolo.in princip. Auguſtinus. Duæ res ſunt conſcientia & fama. Conſcientia neceſſaria eſt tibi: fama proximo tuo. Qui confidens conſcientiæ, negligit famam, crudelis eſt.*

Conſentire *uidetur qui tacet.de reg.iur.lib.vj.*

*L.in adoptionibus.ff.de adopti. Celſus. Sin autem à patre datur in adoptionem: in ijs utriuſque arbitrium expectandum eſt, uel conſentiendo, uel non contradicendo.*

*L.ij.§.uoluntatem.ff.ſolut.matrim. Vlpianus. Voluntatem autem filiæ, cum pater agit de dote, utrum ſic accipimus, ut conſentiat: an uerò, ne contradicat filia? Et eſt ab Imperatore Antonino reſcriptum: filiam, niſi euidenter contradicat, uideri conſentire patri. Nouell. De naturalib lib.§.generaliter autem. Conſt.* LXXXIX.

*L.filius.§.inuitus.ff.de procurat. Vlpianus. Inuitus procurator non ſolet dari. Inuitum accipere debemus, non eum tantum, qui contradicit: uerum eum quoque, qui conſenſiſſe non probatur. l.qui uas.§.uetare.ff.de furtis. Vlpianus. Vetare autem dominum etiam accipimus eum, qui ignorat, hoc eſt eum, qui non conſentit.*

*L.De ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog. in iure fac. Vlpianus. Qui tacuit apud prætorem, in ea cauſa eſt, ut inſtituta actione in ſolidum conueniatur: quia quaſi negauit ſe hæredem. Nam qui omnino non reſpondet, contumax eſt. Contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, ut in ſolidum conueniatur, quemadmodum ſi negaſſet: quia prætorem contemnere uidetur.*

*L.qui*

L.qui tacet.ff.de reg.iur.Paulus: Qui tacet non utique fatetur: sed tamen uerum est eum non negare.

Consentire uidetur qui sciens agi commodum suum, tacet.l.si sine.C.ad Senat.Velleian.

Consentit facilius unus quàm multi.l.iij.ff. de offic. præto.l.item si unus.§.in impari.ff.de recept. Vlpianus. In impari enim numero idcirco compromissum admittitur: non quoniam consentire omnes facilè est, sed quia (& si dissentiant) inuenitur pars maior cuius arbitrio stabitur.

Persius. Mille hominum species & rerum discolor usus.
Velle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno.

Considerari non debet id, quod euenire non potest uel non solet: & maximè si sit odiosum.l.si in emptione.§. liberum hominem.ff.de contrahen.empt. Paulus: Liberum hominem scientes emere non possumus. Sed nec talis emptio, aut stipulatio admittenda est, cùm seruus erit: quamuis dixerimus, futuras res emi posse. Nec enim fas est huiusmodi casus expectare. Instit.de inutilib.stipulat.§.j.

Consilium suum nemo mutare potest in alterius iniuriam. Papinianus l.nemo.ff.de reg.iur.

Consilium neminem obligat, nisi sit fraudulentum. l.ij.§.tua gratia.ff.mandat. Caius. Tua autem gratia interuenit mandatum ueluti si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres: uel ex diuerso, ut fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum magis est consilium, quàm mandatum. Et ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio obligatur, etiam si non expediat ei, cui datur: quia liberum est cuique apud se explorare an expediat sibi consilium. Inst.eo.tit.§.tua tantũ gratia.l.consilij.ff.de reg.iur. Vlpian. Consilij non fraudulenti nulla

*ti nulla obligatio. Cæterùm si dolus & calliditas intercessit: de dolo actio competit.*

Consilio *& deliberatione omnia facienda sunt. l. placet. in prin. C. de sacrosan. eccl.* Honor. & Theodos. *Placet rationabilis consilij tenore perpenso. c. ne innitaris. de constitutionib.* Hieronymus. *Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea quæ sibi agenda uel dicenda uidentur, patrum decretis præponit.*

Consobrini, *iure ciuili possunt coniungi per matrimonium. Instit. de nup. §. duorum fratrum. Duorū autē fratrū uel sororū liberi, uel fratris & sororis, cōiungi possunt.*

Consuetudines *rectè appellantur mores. l. de quibus. ff. de legib. Quia mos, est uitæ institutum consuetudine firmatum.*

Consuetudo *est altera natura. l. si quis posthumos. in prin. ff. de lib. & posthu.* Paulus. *Si quis posthumos quos per ætatem, aut ualetudinem habere fortè non potest, heredes instituit: superius testamentum rumpit: quod natura magis in homine, & generandi consuetudo spectanda est, quàm temporale uitium, aut ualetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate.*

Consuetudo *honesta quæ diu obtinuit neminem lædens, conseruari debet. l. si in aliquam. ff. de offici. proconsul.*

Consuetudo *patrisfamiliâs & regionis attendenda est. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legat. j.* Vlpianus. *Si numerus numorum legatus sit, neque appareat, quales sint legati: ante omnia ipsius patrisfamiliâs consuetudo, deinde regionis, in qua uersatus est, exquirenda est. Sed & mens patrisfamiliâs, & legatarij dignitas, & charitas, & necessitudo. Item earum, quæ præcedunt, uel quæ sequuntur, summarum scripta sunt spectanda.*

*Consuetudo*

Consuetudo *dat iurisdictionem ordinariam.l.cum inspeximus.C.de emancipationib. Iustinianus. Vel eos adire magistratus, quibus hoc facere uel legibus uel longa consuetudine permissum est.*

Consuetudo *licet magnæ sit autoritatis, nunquam tamen præiudicat ueritati aut legi.l.ij.C. quæ sit lon. consuet. Constantinus: Consuetudinis usus'q; longæui non uilis autoritas est: uerùm non usque adeo sui ualitura momento, ut aut rationem uincat, aut legem.c.cum causa.in fi.de sent. & re iud. Leo: Nos autem considerantes, quòd licet usus uel consuetudinis non minima sit autoritas, nunquam tamen ueritati aut legi præiudicat.*

*C.ult.de consuetud. Gregorius IX. Licet etiam longæuæ consuetudinis non sit uilis autoritas: non tamen est adeo ualitura, ut uel iuri positiuo debeat præiudicium generare: nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta.*

Consuetudo *appellatur corruptela. Ibidem.*

Consuetudo *est optima interpres legum.l. si de interpret.ff.de legib. Paulus: Optima enim est legum interpres consuetudo.c.cum dilectus.in fi.de consuet.*

Consuetudo *bona uincit legem: non autem mala.l.ij. C. que sit long.consuet.*

Consuetudo *probatur sex modis, quos uide apud D. Oldendorpium, in l.de quib.ff.de legib.*

Consuetudo *contra ius naturæ aut lædens ullo modo Rempublicam, est tollenda. xxxij.q.vij.c. flagitia.c. fin. de consuetud. Nouell. De uicarijs seu loc. tenentib.§. si qua uerò. Const. CXXXIIII. Iustinianus. Item neque consuetudines nominent, aut requirant eam, quæ iniustè decessorum aliqui ad suum fortasse lucrum excogitarunt. Quæ enim improbè excogitantur, ea ne longa quidem consuetudine*

*suetudine confirmari uolumus.*

Consuetudo *peruersa, non est seruanda.* Nouell. De *uicar. seu loc. tenen. §. si qua uerò.* Constit. CXXXIII.

Consultè *agit qui præcepto legis obtemperat. l. filiæ. in princip. C. de collationib.* Diocletia. & Maximia. *Vnde consultè ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offers.*

L. *inciuilem. C. de furt. & ser. corr.* Seuerus & Antoninus: *Inciuilem rem desideratis, ut agnitas res furtiuas non prius reddatis, quàm pretium fuerit solutum à dominis. Curate igitur cautius negotiari, ne non tantum in damna huiusmodi, sed etiam in criminis suspitionem incidatis.*

L. *dubium non est. in prin. C. de repud.* Dioclet. & Maximian. *Dubium non est, omnia omnino, quæ consilio rectè geruntur, iure meritóq; effectu & firmitate niti.*

Contentus *quisque debet esse suis, nec inuidere alienis fortunis. l. si irruptione. ff. fini. reg.* Vlpianus: *Si irruptione fluminis fines agri confuderit innundatio, idq; usurpandi quibusdam loca in quibus ius non habent, occasionem præstet: præses prouinciæ alieno eos abstinere, & domino suum restitui, terminosq; per mensorem declarari iubet.*

L. *si constiterit. C. eod. titu.* Constantinus. *Si constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse: non solum id, quod malè petebat, amittat: sed (quò magis unusquisque contentus suo, rem non expectet iuris alieni:) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus.*

C. *si quis* Episcopus. *vij. q. j.* Leo. *Suis igitur terminis contentus quisque sit: nec supra mensuras iuris sui affectet augeri.*

Con

Contemptum *parit nimia familiaritas.l.obseruandum.ff.de offic. Præsi. Callistratus. Nam ex conuersatione æquali,contemptio dignitatis nascitur.*

Contractus *est ultro citroq; obligatio, quam Græci συνάλλαγμα,hoc est, mutuum factum obligatoriũ uocant, ueluti emptionem,uenditionem, locationem, conductionem, societatem.Vlpianus in l.Labeo.ff.de uerb.sig.*

Contractus *ex conuentione legem accipiunt.c.contractus. de reg.iur.lib.vj.Contractus ex conuentione legem accipere dignoscuntur.l.j.§.si conueniat.ff. deposit. Vlpian. Si conueniat ut in deposito & culpa præstetur: rata est conuentio. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt.l.si ut certo.§. interdum.ff. commod.l. ea lege.C. de condict.ob caus.dator.*

Contractus *non debet claudicare.l.Labeo.ff. de uer. sig.l. Iulianus.§.si quis à pupillo, in fi.ff. de actio. emp. & uend.Inst.de aut.tut.§.j.*

Contractus *alterius non obligat alterum.l.cum te.in fi.C. ne ux. pro ma. Diocletia. & Maximia. Certißimum enim est,ex alterius contractu neminem obligari.*

*Maritus obligatur ex facto uxoris.l. obseruare. in prin. ff.de officio proconsul.Vlpianus. Dummodo sciat senatum Cotta & Messala consulibus censuisse: futurum, ut si quid uxores eorum,qui ad officia proficiscuntur, deliquerint:ab ipsis ratio & uindicta exigatur.*

*Culpa mariti quæ uxori delinquendi occasionem dederit solet efficere, ut maritus de culpa uxoris teneatur uel conueniatur, ut hic. Simile est de eo qui opera malorum hominum utitur.l.j.§. serui uerò.ff.furti aduers. naut. caupo.stab. Cur ergo non exercitor condemnator, qui seruum tam malum in naue admisit? Instit. de obligat. quæ ex*

*qua*

*quasi delicto.§.fin.*

Contractus *substantia, non origo pecuniæ spectatur: hoc est: In contractibus non interest cuius pecunia res ematur, sed cuius nomine.l.non unde originem.C.si cer.pet. Diocletia. & Maxim. Non unde originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat: sed qui contraxit, si ut propriam numerauit, in huiusmodi obligationibus requiritur.*

Contractus *non respicitur: sed an pecunia dotali, uel pupilli, aut militis res sit empta: idq; propter utilitatem publicam, quæ non uult lædi prædictas personas: ut tractatur in §.et quia.tit.qui feud.dar.poss.*

In contractibus *uerba ambigua, contra proferentem sunt interpretanda.l.ueteribus.ff.de pact.l.Labeo.ff. de contrah.empt.l.in contrahenda.ff.de reg.iur.*

Contractus *uniuscuiusque & initium spectandum est & causa. Vlpianus in l. si procuratorem. in princ.ff. Mandat.*

In contractibus *alternatiuè conceptis, debitoris est electio.l.plerunque. in fi.ff.de iure dot. Vlpianus. Nam & cùm illa aut illa res promittitur, rei est electio, utram præstet. sed in iudicijs, actor audiēdus est.l.stipulatio. in princ.ff. de no.oper.nunt.l.si quis ex aliena.ff de iud.*

Contrectatio *est amotio de loco ad locum.l.iij.§. si rem ff.de adq.possess.Paulus. Si rem apud te depositam furti faciendi causa contrectaueris: desino possidere. sed si eam loco non moueris.*

Contrahendam *obligationem multa impediunt, quæ non dirimunt contractam.l. patre furioso.§. quare. in fin.ff. de his qui sui uel alie.iur. sunt. Vlpia. nam furiosus licet uxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest.*

Contrah

Contrahere *& non contrahere ab initio liberum est, sed post obligationem contractam non licet resilire.l. sicut initio.C.de act. & obl.*Diocletia. & *Maximia. Sicut initio unicuique libera potestas est habendi, uel non habendi contractus: ita renuntiare semel constitutæ obligationi, aduersario nõ consentiente, nemo potest quapropter intelligere debetis, uoluntariæ obligationi semel uos nexos, ab hac non consentiente altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, minimè posse discedere.*

L.*de contractu.C.de rescinden.uenditio.*Diocle. & *Maximia.*De *contractu uenditionis & emptionis iure perfecto, alterutro inuito, nullo recidi tempore bonafides patitur, nec ex rescripto nostro.Quo iure fiscum nostrum uti sæpe constitutum est.*

L.*quamuis.C.de transact.*Diocletia.& *Maxim.Quamuis eum, qui pactus est, statim pœniteat: transactio rescindi, & lis instaurari non potest.* Et *qui tibi suasit, intra certum tempus licere à transactione recedi: falsum adseuerauit.*

L.*non idcirco.C.de contrah.emp.* Diocletian. & *Maximian.*Nec *enim licet incontinenti facta pœnitentiæ contestatione consensu finita rescindi.*

L.*incommodato.§.sicut autem.ff.commod.* Paulus. *Cum autem id fecit, id est, postquam commodauit: tunc finem præscribere, & retro agere, atque intempestiuè usum commodatæ rei auferre: non officium tantum impendit, sed et suscepta inter dandum accipiendumq; obligatio.*

L.*si mandauero.§.pen.ff.* Mandati. Paulus. *Sicut autem liberum est, mandatum non suscipere: ita susceptum consummari oportet, nisi renuntiatum sit.* Renuntiari *autem ita potest, ut integrum ius mandatori reseruetur, uel per se, uel per aliũ eandẽ rem commodi explicandi: aut redundet*

in

*in eum captio, qui suscepit mandatum.inst.eod.tit.§.mandati.in fin.l. interdum.§.senator.ff. de iud.* Cicero *responsum hoc copiosè explicat in oratione* pro Roscio Amer.

*L.cuius bonis.in prin.ff.de cur.fur.Neratius. Sicut enim integra re potestas ipsis est, utrum uelint, eligendi: ita cum alterum elegerint, ab altero abstinere debent.*

Contrahentibus *licitum est se decipere.l.in causæ.§.idem* Pomponius*.ff.de minorib.*Vlp.*Idem* Pomponius *ait: in pretio emptionis & uenditionis naturaliter licere contrahentibus se circumscribere.*

*L.item si prætio.§.quemadmodum.ff.Locat.& conduct.* Paul. *Quemadmodum in emendo & uendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris uendere, & inuicem se circumscribere: ita in locationibus quoque & conductionibus idem iuris est.* Vide *supra*, Bona fides in contractibus.

Contrahentes *non possunt facere quò minus legis dispositio habeat locum in actionib. eorum.l. ulti.ff.de stip. ser.l.fin.de suis & legit.* Papinianus: *Pater instrumento dotali comprehendit, filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hæreditate patris speraret. Eam scripturam non mutasse ius successionis constat. Priuatorum enim cautione, legum autoritati non nocere.*

Contraria *se non possunt pati in eodem subiecto.l.si per errorem.ff.de iurisdict.* Vlp. *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus: nihil ualebit, quod actum est. nec enim ferendus est, qui dicat consensisse eos in præsidem: cùm (ut* Iulianus *scribit) non consentiant, qui errãt. Quid enim tam contrarium consensui, quàm error, qui imperitiam detegit? Ecce, Consensus & error, in eodem subiecto esse non possunt.*

L.j.

*L.j.ff.mandati.Paulus: Mandatum, nisi gratuitum, nullum est.Nam originem ex officio atq; amicitia trahit. Contrarium porrò est officio merces.*

*L.j.C.de ser.fugiti.l. secundum naturam. ff. de regu.iur. Paulus: Secundum naturam est, commoda cuiusq; rei consequi eum, quem sequentur incommoda. Ecce, onus & emolumentum sunt circa eandem personam.*

Contraria *allegans non auditur. c. solicitudinem. in fin.de appellationib. Innocentius* I I I. *Non est tanquam aduersa petens & sibi contrarius audiendus.*

*L. j. C.de furtis. Seuerus & Antoninus: Si pecunia tua mandantibus seruis quidam prædia comparauerunt: eligere debes, utrum furti actionem & condictionem, an mandati potius inferre debeas. Neque enim æquitas patitur, ut & criminis causam persequaris, & bonæ fidei contractum impleri postules.*

*L.Titiæ.ff.de condi.& demonst. Papin.Titiæ, si nupserit, ducenta: si non nupserit, centum legauit. Si nupserit mulier, ducenta: non etiam centum residua petet. Ridiculum est enim eandem, & ut uiduam, & ut nuptam admitti.*

*Cap.j.ut ecclesiasti.benef.in fi. Innocen.* I I I. *Quia non solùm nobis, sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia contraria respondere.*

*L.Papinian.§.sed neq; impuberis.ff.de inoffic.testamen. l.nonnunquam. in princi. ff. de collatio. bono. Papinianus: Nonnunquam prætor uariantem non repellit, & consilium mutantem non adspernatur.*

*L.naturaliter.ff.de acq.uel amit.poss.inconstantia tamen reprobatur.l.in causæ.in prin.ff.de procuratorib.Vlpianus: Cæterum si uelit quædam transferre quædam relinquere: iustè procurator hanc inconstantiam recusabit.*

Contraria *duo nonnunquam faciunt optimum temperamentum.l.sed hæc neque. ff.de procuratorib.Vlpianus: Sed hæc neque paßim admittenda sunt,neque districtè denegan da: sed à prætore causa cognita temperanda.*

*L.solet.§.fi.ff.de offi.proconsul. Vlpianus:Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem.*

*L.mutus.in fi.ff.de procuratorib. Paulus: Labeo causa cognita temperandum ait.*

Contraria *duo quando ponuntur, sequitur destructio unius.l.sed & si.§.si institoria.ff.de instit.actio. l.Pomponius.in fin.ff.de procurat.l.j.C.de furt.*

Contrariorum *eadem est disciplina,uel ut Dialectici:Contraria iuxta se posita,magis elucescũt.l.j.ff.de his qui sui uel alie.iur.sunt. Caius: Nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt: simul intelligemus, quæ sui iuris sunt. instit. eod.tit.& insti.de tutelis.in prin.Videamus ergo de his,quæ in tutela uel in curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenentur.*

*L.fi.§.fin. ff.de legat.iij.l.fin. ff.de calumniat.Papin.Sed & citra pretij æstimationem quæritur de calumnia eius. Separatum est enim calumniæ crimen à damno,quod in seruo propter quæstionem domino datum est.l.j.§. huius rei.ff. de offici.eius cui mand.est.l.inter stipulantem.§.ac eam rem. ff.de uerb.oblig.*

Contrariorum *unum eligens, uidetur renuntiare alijs.*Vide,Contraria duo.

Conuentionis *uerbum generale est:ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendiq; causa consentiunt,qui inter se agunt. Vlpianus: L.j.ff.de pact.*

Conuentio *partium est seruanda. l.j.§.si conueniat. ff.depos.l.j.C.Ope.liberto.*

L.Si

*L.Si unus.§ pacta. ff.de pactis. Paulus: Pacta quæ turpem causam continent, non sunt obseruanda.*

Conuentio *duorum est lex.l. Ea lege.C.de condict. ob caus. Valeria. & Gallien. Ea lege in uos collata donatio, ut neutri alienandæ suæ portionis facultas ulla competeret, id efficit, ne alteruter eorum dominum prorsus alienet: uel ut donatori uel eius hæredi condictio, si non fuerit conditio seruata, quæratur.*

Conuentio *priuatorum iuri publico non derogat. Caius.l.neq; pignus.ff.de reg.iuris.*

Contumax *est, qui tribus edictis propositis, uel uno pro tribus (quod uulgò peremptorium appellatur) literis euocatus præsentiam sui facere contemnit. Hermogenianus in l.contumacia in prin.ff.de re iud.*

Copulatiua *oratio requirit utrunq; esse factum. Ad ueritatem uerò disiunctiuæ sufficit alterum duntaxat. l. Si quis ita stipulatus fuerit. ff. de uerbor.obligationib. Scæuola: Si quis ita stipulatus fuerit.* Decem aureos dabis, si nauis uenerit: & Titius consul factus sit: *non aliàs dabitur, quàm si utrunque factum sit. Idem in contrarium.* Dare spondes si nec nauis uenerit, nec Titius factus consul sit: *exigendum erit, ut neutrum factum sit. Huic similis scriptura est,* Si neq; nauis uenit, neq; Titius consul factus est: *aut sic,* Dabis, si nauis uenerit, aut Titius consul factus sit: *sufficit unum factum. & cõtra.* Dabis si nauis non uenerit, aut Titius consul factus non sit: *sufficit unum non factum esse.*

Creatura *omnis naturaliter mouetur ad beneficiendum ei qui sibi benefacit. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio.hæredita.*

Correctio *legum est euitanda. l.minimè. ff. de legi-*

*bus.* Paulus: *Minimè ſunt mutanda, quæ ſemper interpretationem certam habuerunt.*

L.*in rebus nouis.ff.de conſtitu.princ.* Vlpianus: *In rebus nouis conſtituendis euidens utilitas eſſe debet, ut recedatur ab eo iure, quod iam diu æquum uiſum eſt.*

C.*cùm expediat.de elect.*Bonifacius: *Cùm expediat concordare iura iuribus, & eorum correctiones (ſi ſuſtinere ualeant) euitari. Sicut autē mutatio eſt periculoſa: ita multò magis altercatio Commentatorum Reſpublicas conquaſſat. Nimirum enim altercando, ueritas amittitur, ut dicit ille. An autem & quando nouæ res conſtituendæ legesq́; mutandæ ſint, in politicis tractat* Ariſtoteles.

L.j.C. *de inofficioſis dotib. Concordare leges legibus promptum eſt.*

Cor Regis *in manu* Dei *eſt, & quorſum uoluerit inclinabit illud. In epiſtola.C.de ſumma* Trinitate. Et, *Prouerbiorum xxj.*

Creditor *debet eſſe curioſus quò res credita uertatur. l. quod ſi ſeruus. §. ſed ſi accepit. ff. de in rem uerſ.* Vlpianus: *Sed ſi accepit, quaſi in rem domini uerteret, nec uertit, & decepit creditorem: non uidetur uerſum, nec tenetur dominus: ne credulitas creditoris domino obeſſet, uel calliditas ſerui noceret. Quid tamen, ſi is fuit ſeruus, qui ſolitus erat accipiens uertere? Adhuc non puto nocere domino, ſi alia mente ſeruus accepit: aut ſi cum hac mente accepiſſet, poſtea aliò uertit. curioſus igitur eſſe debet creditor, quò uertatur.*

Creditoribus *ius ſuum perſequentibus legitimum auxilium denegari ſatis abſurdum eſt: legatarijs uerò, qui pro lucro certant, partes ſuas leges accommodare. pinguius enim certanti de damno ſuccurritur, quàm de lucro capiendo.* Iu

do. Iustinianus in l. scimus. §. sin uerò creditores. in fin. C. de iure deliberan.

Credulus nimis, nemo debet esse. l. fin. in princ. C. de accusat. & inscript. Honor. & Theodo. Accusationis ordinem iandudum legibus institutum seruari iubemus, ut quicunque in discrimen capitis arcessitur: non statim reus, qui accusari potuit, existimetur, ne subiectam innocentiam feriamus: sed quisque ille est, qui crimen intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet.

L. j. §. j. in fi. ff. de eo per quem fact. erit. Vlpia. Quamuis quidam putent, sibi eum imputare, qui fuerit.

L. iij. §. sed si accepit. ff. de in rem uerso. Vlpia. Sed si accepit, quasi in rem domini uerteret, nec uertit, & decepit creditorem: non uidetur uersum, nec tenetur dominus: ne credulitas creditoris domino obesset, uel calliditas serui noceret. l. mariti len. §. quæstum. ff. ad leg. Iul. de adult. Vlpianus: Quod si patiatur uxorem delinquere, non ob quæstum, sed ob negligentiam, uel culpam, uel quandam patientiam, uel nimiam credulitatem: extra legem positus uidetur.

Crimina non manere impunita interest Reipublicæ & expedit esse nota. l. si ita uulneratus. §. quod si quis. ff. ad legem Aquil. Iulianus: Quod si quis absurdè hæc à nobis constitui putauerit: cogitet longè absurdius constitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterum potius: cùm neq; impunita maleficia esse oporteat, nec facilè constitui possit, uter potius lege teneatur.

L. si longius. §. nam & Iul. ff. de iud. Vlpianus: Nam & Iuliano placet, si filiusfamiliâs legatione uel studiorum gratia abierit, & uel furtum, uel damnum, uel iniuriam passus sit: posse eum utili iudicio agere, ne dum pater expectatur, impunita sint maleficia: quia pater uenturus non est, uel

*dum ueniat, se subtrahit is, qui noxiam commisit.*

L. *bona fides.* §. j. *in fin. ff. deposit.* Triphoninus: *Nam malè meritus publicè, ut alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet.* l. iiij. §. *cùm dominus. ff. de noxalibus actionib.* Paulus: *Ergo dolus serui impunitus erit. Quod est iniquum.*

L. *si à reo.* §. *id quod uulgò. ff. de fideiuss. & mand.* Caius: *Nam pœnas ob maleficia solui, magna ratio suadet.* Hanc rationem eleganter explicat Gellius lib. vj. cap. xiiij.

L. *si operis.* C. *de pœnis.* Diocletian. & Maximian. *Si operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum excessit dies: hunc expectari conuenit: cùm non remitti pœnam facilè, publicè intersit, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat.*

L. *eum, qui. ff. de iureiur.* Paulus: *Eum, qui nocentem infamauit, non esse bonum & æquum ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota esse & oportere, & expedire.*

L. *per omnes.* C. *de defens. ciuit.* Valens, Theod. & Arcad. *Per omnes regiones, in quibus fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatißimi quiq; & districtißimi defensores adsint disciplinæ, & quotidianis actibus præsint, qui non sinant crimina impunita coalescere: remoueant patrocinia, quæ feruorem reis, & auxilium scelerosis impartiendo maturari scelera fecerunt.*

Crimina *& infamia respiciunt corpus delinquentis. Iniuria uerò, bona solummodo.* l. *ex iudiciorum publicorum. ff. de accusationib.*

Crimen *contrahitur si uoluntas nocendi intercedat.* l. j. C. *ad legem Cornel. de sicarijs.* Antoninus: *Crimen enim contrahitur, & si uoluntas nocendi intercedat.* Cæterùm

*ea quæ*

*ea quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidunt: fato plerunque non noxæ imputantur.*

*L. infans. ff. eod. tit.* Modest. *Infans, uel furiosus, si hominem occiderit, legis Corneliæ non tenetur: cùm alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati infelicitas excusat.*

*L. diuus Hadrianus. ff. eod. titu. Callistratus:* Diuus Hadrianus in hæc uerba rescripsit. *In maleficijs uoluntas spectatur, non exitus.* Iuxta hoc est quod dicit Cicero in Oratione pro Milone: Interitus *causam, non interitum spectari oportere. l. de iniuriarum. ff. de iniurijs.*

*Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. placuit. in fine.* At *si permissurum credant: extra crimen uideri, optima sanè distinctione: quia furtum sine affectu non committatur.*

*L. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn.* Martianus: Delinquunt *autem aut proposito, aut impetu, aut casu.* Proposito *delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, cùm per ebrietatem ad manus uel ferrum uenitur. Casu uerò, cùm in uenando telum in feram missum hominem interficit.*

Culpa *est immiscere se rei ad se non pertinenti.* Pomponius *in l. culpa. ff. de reg. iuris.*

*L. si quis absentis. ff. negot. gest.* Is *enim immiscet se alienis negotijs & tamen non est culpabilis.*

Culpa *est, tam probibita discere, quàm docere.* Valentinus *&* Valens *in l. culpa similis est. C. de malefic. & mathemat. l. quicunq;. § ultimo supplicio. C. de hæret. & manich.* Valent. *&* Martia. *Vltimo supplicio etiam coërceantur, qui illicita docere tentauerint.*

Culpa *sine uoluntate delinquendi committitur. l. qui occidit. §. penult. ff. ad leg. Aquil. l. si ex causa. §. ergo. ff. de minorib.* Refer hunc ad locum Crimen.

Culpa *est penes eum qui prius percußit. l. si plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil.* Alfenus: *Tabernarius in semita noctu super lapidem lucernam posuerat, & quidam præteriens eam sustulerat. Tabernarius cum consecutus, lucernam reposcebat, & fugientem retinebat. Ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, uerberare tabernarium cœperat, ut se dimitteret. Ex eo maiore rixa facta, tabernarius ei, qui lucernam sustulerat, oculum effoderat. Consulebat, num damnum iniuria uideretur dedisse, quoniam prior flagello percussus esset? respondi: Nisi data opera effodisset oculum, non uideri damnum iniuria fecisse. Culpam enim penes eum, qui prior flagello percussisset, residere. Sed si ab eo non prior uapulasset, sed cùm ei lucernam eripere uellet, rixatus esset: tabernarij culpa factum uideri.*

L. j. §. *cùm arietes. ff. si quadrup. paup.* Vlpianus: *Cùm arietes uel boues commisissent, & alter alterum occidisset: Quintus Mutius distinxit, ut siquidem is perijsset, qui aggressus erat: cessaret actio. Si is, qui non prouocauerat: competeret actio.*

Culpa *lata dolo comparatur. l. j. §. sed etsi. ff. si mens. fals. mod. dix.* Vlpianus: *Sed & si negligenter: æquè mensor securus erit.* Lata culpa planè dolo comparabitur. *l. quod Nerua. ff. depositi. uel contra.* Celsus: *Quod Nerua diceret, latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat: mihi uerißimum uidetur. Nam si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est: nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstat, fraude non caret. Nec enim salua fide minorem his, quàm suis rebus, diligentiam præstabit.*

Cui *licet quod maius est, licebit utique quod minus est.*

*l. non*

*l.non debet.ff.de reg.iuris.Vlpia.Non debet, cui quod plus est, licet, quod minus est nõ licere.l.si mortis causa donetur. §.item Marcell.ff.de mort.caus.donat.*

*Maius aliquando licet: cum minus tamen non liceat propter specialem iuris rationem quæ obstat.Vt ecce, damnare in metallum, maius est, quàm deportare, & tamen præsidi licet damnare in metallum, & non deportare: quoniam ius prouinciæ non habet in quam deportet. l.illicitas.§.qui uniuersas.ff.de offic. Præsid. Vlpianus. Qui uniuersas prouincias regunt, ius gladij habent: & in metallum dandi eis potestas permissa est.l.j.§.deportatos.ff.de leg.iij. Vlpianus. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, uel de quibus deportandis scripsit. Cæterùm priusquam factum præsidis comprobet, non amisisse quis ciuitatem uidetur.*

Curator *furiosi nullo modo libertatem præstare potest.l.fin.ff.de cur.fur.Caius, Curator furiosi nullo modo libertatem præstare potest: quòd ea res ex administratione non sit.Nam in tradendo ita res furiosi alienat, si ad administrationem negotiorum pertineat.*

## D

DAmnum *is dat, qui iubet dare.* Eius uerò *nulla culpa est, cui parêre necesse sit.Vlpianus in leg.is damnum dat.ff.de reg.iur.*

Damnum *& damnatio ab ademptione, & quasi deminutione patrimonij dicta sunt. Paulus in leg.iij.ff.de dam.infect.*

Damnum *infectum est, damnum nondum factum, quod futurum ueremur.l.ij.ff.eod.tit.*

Damnari *nemo sine accusatore debet.* Vnde *illud: Mulier, quis te accusat? nemo domine.l.rescripto.§.si quis*

*accusatorem.ff.de munerib. & honorib.* V*lpianus*: Si *quis accusatorẽ non habeat: ab honoribus prohiberi non debet: quemadmodum non debet is cuius accusator destiterit.* Ita *enim* Imperator *noster cum diuo patre suo rescripsit.*

Damnum *quod quis ex sua culpa sentit, sibi debet nõ alijs imputare.cap.damnum.de regul.iur.lib.vj. & l.quod quis.ff.eo.titu.*V*lpianus.*Q*uod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.*

Damno *uel iactura alterius, nemo debet locupletari. l.nam hoc natura.ff.de condict.indeb.*Pomponius:*Nam hoc natura æquum, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.*Vnde Cicero *lib.*O*ffic.iij.*A*lterius enim incommodo suum augere commodum magis est contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera: quæ possunt aut corpori accidere aut rebus externis.*

Damnum *magnum non est in mora modici temporis.l.si debitori.ff.de iudic.* Vlpianus:*Paratumq; se dicat soluere, audiendum eum, dandumq; diem cum competenti cautela ad soluendam pecuniam.* Neque *enim damnum magnum est in mora modici temporis.* M*odicum autem tempus hic intelligendum est, quod post condemnationem reis indultum est.*

Dare *statim aliquid plus est, minus est post tempus dare.*I*nstit.de fideiussorib.§.non solum.*

Dare *beatius est, quàm accipere.* Notatur *ff.commod. in tit.c.cùm prædicator.xvj.q.j.in princ.c.cùm* M*arthæ.§. sanè.de celebrat.miss.*

Dare *nemo potest quod nõ habet.*V*lpian.in leg.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.l.traditio.ff.de acquiren.rer.domin.* Idem.S*i igitur quis dominium in fundo habuerit: id tradendo transfert.* S*i non habuit: ad eum, qui accipit nihil*

transfert

*transfert. Hanc regulam intellige de directa atque immediata translatione.*

Dare *aliquis potest quod non habet. l.quod.ff.de usufruct.& quemadm. Quod nostrum non est, transferimus ad alium: ueluti is, qui fundum habet, quanquàm usumfructum non habeat, tamen usumfructum cedere potest.*

L.*non est nouum.ff.de acquir.rerum domi.* Vlpianus: Non *est nouum, ut qui dominiū non habeat, alij dominium præbeat.* Nam *& creditor pignus uendendo causam dominij præstat, quam ipse non habuit.*

Datum *ob causam, causa non secuta potest repeti.l.ea lege.C.de condict.ob caus.datorum.* Valer.*&* Gallien. *Ea lege in uos collata donatio, ut neutri alienandæ suæ portionis facultas ulla competeret id efficit, ne alteruter dominiū eorum prorsus alienet: uel ut donatori, uel eius hæredi condictio, si non fuerit conditio seruata, quæratur.*

Debitor *est seruus fœneratoris.tractatur l fideicommissa.§.si in rem suam.in fin.ff.de leg.iij.*

Debitor *inuito & ignorante creditore alijs soluens, se non liberat ab obligatione.l.inuito.* C. *de solutio.* Diocletian. *&* Maximinian. *Inuito, uel ignorante creditore, qui alij soluit, non se liberat obligatione. Quod si hoc uel mandante, uel ratum habente eo, fecerit: non minus liberationem consequitur, quàm si ijdem creditori soluisset.l. si debitor.ff.de solut.*

Debito, *redditione pignorum non renuntiatur iure scripto.l.si pro mutua.C.si cert.petat.l.j.C.de pignoribus.* Seuerus *&* Antonin. *Debitor qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere, nihilomagis liberabitur.*

L.*aduersus.C.de act.& obligat.* Diocletian.*&* Maximianus: *Aduersus debitorem electis pignoribus personalis actio*

actio nõ tollitur: sed eo, quod de pretio seruari potuit, in debitum computato, de residuo manet integra.

Decipi non censetur ille qui scit se decipi. l. j. §. si intelligatur. ff. de ædilit. edict. Vlpia. Si intelligatur uitiũ morbus'ue mancipij (ut plerunq; signis quibusdam demõstrari solent uitia) potest dici edictum cessare. Hoc enim tantum intuendum est, ne emptor decipiatur. Quare dici solet: sciẽti non fit iniuria neq; dolus. de reg. iur. lib. vj.

Deceptis & non decipientibus iura opitulantur. l. ij. §. uerba. ff. ad Senatusconf. Velle. Et est egregium Seueri rescriptum: Decipientibus mulieribus Senatusconsultum auxilio non est.

Defensor propriæ salutis, in nullo peccasse uidetur. l. si ut allegas. C. ad leg. Corn. de sic. Gallienus. Si (ut allegas) latrocinantem peremisti: dubium non est, eum, qui inferendæ cædis uoluntate præcesserat, iure cæsum uideri.

Defensor idoneus alienæ litis sine satisdatione nemo intelligitur. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procurat. & defensoribus. Caius. Qui alium defendit, satisdare cogitur. Nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur.

Defensorem idoneum qui habet defunctus: eius bona non debent uendi. §. hoc rescripto. Institu. de eo cui liber. caus. Certè si fuerint hac de causa bona addicta: cessat bonorum uenditio. Existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

Definitio omnis in iure ciuili periculosa est. Rarum est enim, ut non subuerti poßit. l. omnis definitio. ff. de reg. iuris.

Defunctum honorat, qui uoluntatẽ eius implet. Nouell. de his qui nupt. iter. §. bene sancimus. Constit. XXII.

Delegatus

Delegatus *iudex à iudice, iudicis dandi potestatem non habet, uel subdelegare (ut dicunt) non potest. l. à iudice. C. de iudicib. Gordianus. A' iudice iudex delegatus iudicis dandi potestatem non habet, cùm ipse munere fungatur iudiciario: nisi à principe iudex datus fuerit.*

*L. more maiorum. ff. de iurisd. Iulianus: More maiorum ita comparatum est: ut is demum iurisdictionẽ mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet.*

Delictum *patris filio nocere non debet: quia pœna ipsum delinquentem sequitur. l. adoptiuum. §. fi. ff. de in ius uocando. Vlpianus: Secundum quod eueniet, ut patronus quidem in ius uocetur, filius quasi innocens non uocetur.*

*L. sancimus. C. de pœnis. Arcad. & Honor. Sancimus ibi esse pœnam, ubi noxa est. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas, uel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Hoc singulis quibuscunque iudicibus intimetur. & C. ne filius pro patre. Per totum titulum l. emancipatũ. §. si quis. ff. de Senatoribus.*

*Pater, & filius una, & eadem censetur persona. l. fina. in fin. C. de impub. & alijs substitutionib. Iustinian. Cum & natura pater, & filius eadem esse persona penè intelliguntur. Institut. de inutilib. stip. §. ei uerò. Ei uerò, qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi adquiris: quia uox tua, tanquam filij sit, sicuti & filij uox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi adquiri possunt.*

Delicti *augmentationem sequitur augmẽtatio pœnæ. l. quicunq;. §. si uerò sec. C. de ser. fugit. Constantinus: Si uerò secundò, uel tertiò eum susceperit: præter ipsum duos, uel*

*tres*

*tres alios, uel prædictam æstimationem pro uno quoq; seruo domino repræsentet. l. iij. C. de episc. aud.*

*Institut. de ui bonor. raptor. in princ. & §. pœnæ. Instit. de iniurijs. l. Celsus. ff. de recep. Maius enim delictum est offendere legem, quàm ministrum legis, & tamen minus punitur qui legem offendit.*

Delictum *frequens auget pœnam. l. capitalium. §. solent quidam. in fin. ff. de pœnis.*

Delicta *non oportet esse impunita. l. si ita uulneratus. §. fina. ff. ad leg. aqui. Iulianus. Cùm neque impunita maleficia esse oporteat.*

Delicti *uenia petentibus datur. l. Manichæos. in fin. C. de hæretic. & manichæ.*

Delicti *principem iustius est teneri. l. in hoc iudicium. in fi. ff. de ser. corrupt. Paulus: Etenim iustius est, eum teneri, qui princeps fuerit delicti: quàm eum quæri, ad quem res perlatæ sunt.*

Delictis *nemo exuitur, quamuis capite minutus sit. Vlpianus in l. pertinet. § nemo delictis exuitur. ff. de capit. minut.*

Delicta *paria, mutua pensatione dissoluuntur. Papinianus in l. uiro atque uxore. ff. solut. matrimon. Cicero in Verrem: Etenim (inquit) non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur. l. j. in fine. ff. ne quis eum qui. Vlpianus: Quæ sententia mihi uidetur uerior. Et sanè si deliquit, qui uocat: non deliquit, qui patronum ui exemit.*

Delicto *suo nemo conditionem suam meliorem facere potest. Vlpian. in l. non fraudantur. §. nemo. ff. de reg. iur.*

Delinquens, *eo in loco in quo deliquit puniri debet. l.*

*bet. l. capitalium. § famosos. ff. de pœnis. Callistratus*: *Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quàm pluribus placuit: ut & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus, & solatio sit cognatis, & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent.*

*L. fin. ff. de noxalibus actionib.* Pomponius: *Serui, quorum noxa caput sequitur, ibi defendendi sunt, ubi deliquisse arguentur: itaque seruos dominus eodem loco exhibere debet, ubi uim intulisse dicitur.*

Demonstratio *falsa non perimit legatum, ubi certa quantitas est expressa. l. ij. C. de fals. caus. adiec. leg. l. falsa demonstratio. & l. cum tale. § falsam causam. ff. de conditioni. & demonstrationib.*

Denominatio, *à digniori fieri debet. l. quidquid. §. cum partes. ff. de acquir. rer. domin. & l. quæritur,* Hermaphroditum. *ff. de statu homin.* Vlpianus: *Quæritur, Hermaphroditum cui comparamus.* Et *magis puto eius sexus existimandum, qui in eo præualet.*

*Matrimonium tamẽ non à patre patrimonium, sed à matre placuit appellari matrimonium.* Institut. *de nupti. in princip. Haud dubiè ob eandem rationem, qua dici solet, partum sequi uentrem matris, quæ semper est certa.* Vide, Parcus. Et *facessant, ineptiæ Commentatorum in c. ex literis. de conuersa. infideli.*

Deperditum *intelligitur, quod in rerum natura esse desijt. Deminutum uerò, quod usucaptũ est, & ob id de hæreditate exijt. Caius in l. deperditum. ff. de petit. hæred.*

Deportati, *mortuorum loco habendi sunt.* Vlpian. *in l. j. § quidam filium habuit. ff. de bonor. possess. contr. tabul.*

Deportatus *tanquam peregrinus hæreditatẽ capere non*

*re non potest.l.j.C.de hæredibus institu. Titus Aelius Antonin. Qui deportantur, si hæredes scribantur, tanqnā peregrini capere non possunt. Sed hæreditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent.*

Depositarius, *& commodatarius non poßident rem apud se depositam, uel commodatam, sed ipse in possessione eius esse dicitur: qui deposuit uel commendauit. Institut.de interdict.§. poßidere autem. Per eos quoq;, apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit, ipse possidere uidetur. Et hoc est, quod dicitur, retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui eius nomine sit in posseßione.*

Delinquere *in faciendo minus malum est, quàm in mandando delicta.l.Iulian.§.j.& l.si sterilis.§.cùm per uēditorem.ff.de actionibus empt.& uendit.*

Derogare *legi est cùm pars detrahitur.l.derogatur. ff.de uerb.signif. Abrogare legem est penitus tollere. Ibi.*

Desinit, *quod non cœpit, & perditur quod non habetur l.omnes autem.in prin.ff.Vsufr.quemadm. Vlpianus: Desinere pertinere usumfructum accipiemus, & si nec cœperit, quamuis legatus sit: & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec cœperit.*

Desijsse *non uidetur, quod non incepit. l.Titio.§.Titius uiuo. ff.de cond. & demonstrationibus. Desijsse enim (inquit) non uidetur.*

Desolatis *& tristibus est consulendū.l.j.in fine.C.de his, qui ante apert.tabu. hæredita.transmitt. Theodosi. & Valentin. Habeant uerò solatium tristitiæ suæ, quibus est meritò consulendum.*

Deus *gubernat imperium, & per eum bella refrænata sunt, pax decorata, & status Reipublicæ sustentatus. l.j.in*

*l.j.in princip.C.de uete.iur.enuclean.*

Deus *non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.* Nouell. *Vt qui contra natur. luxuriant. in princip.* Constitut. LXXVII. *Iustinianus. Præsertim, cum* Dei *erga homines amor non interitum sed conuersionem ac salutem uelit, & eos, qui alicubi offenderunt,* Deus *simul atque eriguntur, & in uiam redeunt, suscipiat.l.Imperialis. §.nam ita credimus.C.de nupt.*

Deus *est totius operis præsul.l.j.in princ.C.de ueter. iur.enucle.*Et *l.ij.§ hos itaque.C.eod.tit.*Iustinian. *Nos itaq; more solito ad immortalitatis præsidiū respeximus, & summo numine inuocato,* Deum *autorem, & totius operis præsulem fieri optauimus.& §.omnia.ibid.*

Deo *debetur religio:obedientia uerò parentibus & patriæ.l.ueluti.ff.de iustitia & iure.* Pomponius: *Veluti erga* Deum *religio, ut parentibus, & patriæ pareamus.*

Deus *cui plurima dedit, is liberaliter dare debet.*Nouell.*de non alien.aut permutand.§.finimus ergo.* Constitut. VII. *Quid enim causetur* Imperator, *ne meliora det, cui plurima dedit habere* Deus, *& multorum dominum esse, & ut facilè dare potest?*

Deus *nullam acceptionem personarum habet.*Nouell. *de* Monachis.*§.hinc autem. in fin.* Constitut.V.*&c. nouit. de iudici.*

Deus *est solus scrutator cordium. notatur l. iij. ff. de interrogationibus in iure faciend.& c.tua nos. de simonia. in fin.& c.nouit.de iudici.*

Deus *omnia dat perfecta.*Nouell.*ne liberti.de cætero. in princip.*Constitut.LXXVIII. *Cùm omnia nobis bona à magno illo* Deo *perfecta sint tradita.*

Dei *uirtute omnia sperantur.*Nouell.*ne quo in loco per*

*Imperi.§.persuasum enim.Constitut.* XIIII.

Deus *omnem dat sapientiam.l.ij.ff.de legibus.*

Deo *militans, non implicabit se negotijs secularibus.* Vide, Duobus dominis.

Deus *omnium est principium, & medium, & terminus.* Nouell.de *Mulieribus fide hæreticis, in princip.* Vnde *conuenit, ut & legislationes nostras exinde pendeant, & eò respiciant, & hoc earum principium simul, & medium, atque finis sit.*

Deus *totius mundi elementa creauit, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est lege.* Iustinianus *in l.j.in princip..C.de ueter.iur.enucleat.*

Dictum *à promisso sic discernitur.* Dictum *accipimus quod uerbotenus pronuntiatum est, nudoq; sermone finitur.* Promissum *autem potest referri, & ad nudam promissionem, siue pollicitationem, uel ad sponsionem.l.sciendum tamen est.§.dictum.ff.de ædilit.edict.*

Dictis *unius adfirmantis, magis creditur, quàm dictis plurium negantis.* Notatur, *in l.diem proferre.* In *uersic. quæritur.ff.de recept.*

Dies *incertus, pro conditione habetur.l.extraneum.C. de hæredibus institut.* Diocletian.& *Maximian.* Extraneum *etiam, cùm emorietur, sibi hæredem scribi placuit.*

Dies *naturalis continet* XXIIII. *horas, & incipit à media nocte, usque ad mediam noctem sequentem more* Romano.*l.more* Romano.*ff. de ferijs.* Paulus. More Romano *dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur.* Ita *quidquid in ijs uiginti quatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est: perinde est, quasi qualibet hora lucis actum esset.*

Dies *incertus, conditionem in testamento facit.* Papnianus

*nianus in l.dies incertus.ff.de cond.& demonstr.*

Die *feriato ad iudicium uenire nemo compellitur.l.ij.in fin.ff.si quis in ius uoc.* Paulus. *Item si nihil intersit actoris, eo tempore in ius aduersarium uenisse, remittit prætor pœnam:puta,quia dies feriatus fuit.l.omnes.C.de fer.*

Dies *dominicus à cognitionibus & cõtractibus sit alienus,silescat præconis horrida uox, respirent à controuersijs litigantes.l.dies festus.C.de ferijs.Vide legem totam.*

Difficile *est in unum omnes posse conuenire.l.ij.§. deinde quia.ff.de orig.iur.* Pomponius. *Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populusq; multo difficilius in tanta turba hominum.* Et *Institut.de iure nat.gent.& ciuil. §.Senatusconsultum.*

Difficile *est adsueta & trita reformare.l.præcipiunt. ff.de ædil.edict.* Vlpianus. *Præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora,& dociliora.Trita uerò mancipia,& ueterana difficile esse reformare.*

Difficile *est, ut unus homo duorum uicem sustineat.* Paulus *in l.si plures.ff.de pactis.Vide,*Vicem.

Difficulter *liber homo à seruo, dignosci potest.l.& liberi.in fin.l.quia.ff.de contrah.emptio.*

Dilatum *non aufertur.l.cum furiosus.ff.de iudic.*

Differentia *est inter pœnam & multam. l.si qua pœna est.ff.de uerb.signific.*

Differentia *locorum,discrimen uel diuersitatem iuris non inducit.l.superuacuam . in princip.C.de temporib. in integrit.* Iustinianus. Ex *differentia enim locorum aliquod induci discrimen,satis nobis absurdum uisum est.* Et *institut.de usucapionibus.in princ.*

L. Ideo *in arbitrium.ff.de eo quod cert. loc.* Caius. Ideo

*in arbitrium iudicis refertur hæc actio: quia scimus, quàm uaria sint pretia rerum per singulas ciuitates regionesq́;: maximè uini, olei, frumenti. Pecuniarum quoque licet uideatur una, & eadem potestas ubique esse: tamen alijs locis facilius, & leuibus usuris inueniuntur, alijs difficilius, & grauibus usuris.*

Dignum *maius trahit ad se minus dignum. c. ij. de prebend. Lib. vj.*

Digniora *sunt præponenda.* No*tatur* In*stit. de iur. nat. genti. & ciuil.* §*. final.* Et *institut. de bonor. possess.* §*. aliam uerò.*

Indignus *inferiore ordine, indignior est superiore. l. qui indignus. ff. de senator.* Pomponius: Q*ui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore: Scilicet, propter delictum uel imprudentiam. & l. j. ff. de uerb. signi.*

Dignitas *quæsita liberis: propter casum patris remoti à Senatu non est auferenda. l. emancipatum.* §*. si quis & patrem. ff. de senatoribus.* Vlpianus. *Si quis & patrem & auum habuerit Senatorem: & quasi filius, & quasi nepos Senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante huius conceptionem: quæri poterit, an quamuis quasi Senatoris filius non intelligatur: quasi nepos tamen intelligi debeat? & magis est, ut debeat: ut aui potius ei dignitas prosit, quàm obsit casus patris.*

Dignitas, *& autoritas in* R*epublica seruari debent. l. j.* § *secundo loco. ff. de postul. l. j.* § *sed & si seruus. ff. de inspiciend. uent.* Vlpianus. Publicè *enim interest partus non subijci, ut ordinum dignitas familiarumq́; salua sit. l. obseruandum. ff. de offic. præsid.* Nam *ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.* Non *tamen hæc apud* Deum *procedunt: cùm ibi omnes æquales simus, argum.* Nouell. *de*

Monachis

Monachis.§.hinc autem.in fin.Constitut.v.

Dignitatis contemptio ex conuersatione æquali nascitur: & nimia familiaritas parit contemptum. Vide, Contemptum.

Dignitas filij, laus & gloria patris est. Nouell.Constit.quæ de dignita.§.sane in genere. Constit. LXXXI. Hoc certè patres quoque uenerabiliores reddit, cum talium patres sint, qui ita ab Imperatoria maiestate adficiuntur honoribus. Et paulò pòst. Ita enim patribus maiori ea res laudi erit, & magnam eis lætitiæ ansam præbebit. Ratio autem est. Quia pater & filius una & eadem censentur persona.l.ulti.in fin.C.de impub.& alijs substit. Cùm & natura pater & filius eadem persona penè intelliguntur. Sic econtra dedecus patris, filij uidetur. Vt in l.ij.ff.de liber.caus. Et filij iniuria patris est.l.sed si unius.§.ait prætor.& §.filiofamiliâs.ff.de iniur.

Dilatio nimia non debet admitti.l.ij.§.final.ff.de iudic. Vlpianus. In omnibus autem causis, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet.

Diligens quilibet esse debet & non negligens in officio suo.l.si duas.§.decet autem.ff.de excus.tut. Et circa operationem se negligenter non habeant.l.cum plures.§.nimiū est.ff.de admi.& peri.tut.l.diuus Marcus.in fi.ff.de offi.præsid. Macer. Non immeritò culpæ eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio fuerint.

Diligentem, non est uerisimile facilè errare.l.cum de indebito.§.qui enim.ff.de probat. Paulus: Qui enim soluit, nunquam ita resupinus est, ut facilè suas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maximè si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est & studiosus paterfamiliâs, cuius

*personam incredibile est in eo aliquo facilè errasse.*

Discipulus *sententiam Magistri sui (quoad honestū est) debet excusare.l.qualem autem.§.unde uidendum.ff.de recept.Paulus.Et Sabinus quidem putauit posse,Caßius uerò sententiam Magistri sui bene excusat.*

Dispendium *nemo pati debet, qui præmium meretur.c.ij.de fideiussorib.*

Dispositio *uidetur facta in loco in quo eius effectus lege cōfirmatur.l.contraxisse.ff.de actionib.& obligationib. Vlpian.Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solueret,se obligauit.*

Dispositio *in tempore inhabili facta cui lex ab initio restitit.si postea conferatur in tempus permissum,nihilomagis tamen actus dispositionis confirmari potest.l.si minor.ff. de ser.exportand.l.in tempus.ff.de hæredib.instit.*

*L.iiij.§.nihil.ff. de manumißionib. Vbi Vlpianus pulchrè soluit contrarietatem harum legum. Et l.illud.§.j.ff. de manumiss.uind.*

Dispositio *facta sub conditione quæ omnino extitura est, purè uidetur facta.l.si pupillus.§.qui sub conditione.ff.de nouationib.Vlpianus. Qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè uidetur stipulari.l. quibus diebus.§.quidam.Dum dicit: Quoniam non sub conditione esset legatum, sed ante legatum purè.ff.de conditionib.& demonstrationib.*

Dispositio *super indebito fauorabili, ualidius inducit suum effectum, quàm super odioso.l.qui exceptionem. ff.de cond.indeb.*

Dispositio *facta in uno coniunctorum,ad reliquum extenditur.l.ancillæ.C.de furt.*

Dispositio *aliqua quando potest referri ad duo tempor*

*tempora: tunc secundum relationem unam uitiatur, & secundum aliam utilis est. Sed tamen relatio facienda est, ad tempus, secundum quod ualet dispositio. Instit. de milit. testa. §. sed hactenus.*

Diuersitas *locorum non debet introducere diuersum ius: nisi tamen ex diuersitate locorum oriatur diuersitas actionis.* Vide, Differentia.

Diuersis *nominibus non sunt appellanda quæ sunt eadem. l. si idem. C. de codicil.* Vide, Nominibus.

Diuinare *nemo tenetur id quod nescit. l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. mandat.* Vlpianus. *Si cùm debitor soluisset, ignarus fideiussor soluerit: puto eum mandati habere actionem.* Ignoscendum *enim est, si non diuinauit, debitorem soluisse.* Et *l. si putator. in fin. ff. ad legem aquil.* Paulus. *Nam culpa ab eo exigenda non est: cùm diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis transiturus sit.*

*L. qui uxori. in princip. ff. de auro, argento. l. antiqui. §. prudentissimi. ff. si pars hæred. petat.*

Diuiti *plus quàm pauperi creditur: quanquam tenuiorum probitas non contemnitur.* Institut. *de suspect. tutorib. in fi.* Enimuero *tutor uel curator, quamuis pauper est, fidelis tamen & diligens, remouendus non est quasi suspectus. l. spadonem. §. quandoq; autem. ff. de excusat. tut.* Nouella. De *testibus. §. corroborantes igitur.* Constitut. x c. *Sancimus, & maximè in ampla hac & alma urbe, ubi (quod autore* Deo *dictum est) honestorum bonorumq; uirorum summa existit copia, ut qui in testimonium adhibentur, illæsa existimatione sint, atque tales, qui ob constantem sibiq; consentientem famam dignitatis, militiæ, opulentiæ, aut professionis omnem longè calumniam superent.* Aut *si tales non sint, saltem ab alijs, quòd fide digni*

*existant, testimonium habeant.* Non autem *sedentarij, aut humi repentes, & prorsus reiectae conditionis homines ad dandum testimonium procedant: sed quorum studia facile poßint (si quid incidat dubij) eorum uitam, qui ad dicendum testimonium accesserunt, inculpatam ac honestam ostendere.*

Diues *semel, semper praesumitur dives.* Vel, Ex *praesenti statu praesumitur in praeteritum, & qualis quis reperitur, talis praesumitur fuisse, nisi probetur contrarium l. ex persona. C. de probationib.* Alexander. Ex *persona collegae aui uestri conueniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officij soluendo fuisse ostenderitis.*

Doceri *ab alijs non debet, qui alios docet. l. si quis ex argentarijs. §. ait praetor. ff. de edend.* Vlpianus. Et *quod absurdum est, cùm ipse in ea causa sit, ut edere debeat: ipsam petere, ut edatur.*

Dolon, *dolonis, flagellum seu baculus, in cuius uirga latet pugio: dictum à fallendo, quum decipiat ferro praeferens speciem ligni, eyn holtzim stab mit eym uerborgen eiser.* Dolone *nunc frequenter utuntur* Monachi *domi & foris.* Mentionem Dolonis *facit* Alfenus *in l. si plagis. in prin. ff. ad leg. aquil.*

Dolum *malum* Seruius *quidem ita definit: machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, & aliud agitur.* Vlpianus *in l. j. in princip. ff. de dol. mal.*

Dolus *malus fit calliditate & fallacia: & (ut ait* Pedius*) dolo malo pactum fit, quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur, atque agi simulatur. l. iurisgentium. §. dolus malus. ff. de pactis.*

Doli *appellatione etiam ueteres bonum dolum dicebant*

*bant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: maximè si aduersus hostem latronem'ue quis machinaretur.* Vlpianus *in l.j.§.non fuit.ff.de dol.mal.* Fides tamen *hosti seruanda, ut Cicero eleganter lib.offi.j & iij.*

Dolo *facit, qui petit, quod redditurus est.* Paulus *in l. dolo facit.ff.de dol.mal.*

*L.si socer à genero.§.Lucius Titius.in fi.ff.sol.matri.*Paulus. *Cum absurdè dicatur: dolo uideri eum facere, qui non ipsi, quem conuenit, sed alij restituturus petat.l j.§.redigit. ff.quod legator.*

Dolus *cum dolo compensatur.l. uiro atque uxore.ff. solu.matri.*Papinian.*Viro atque uxore mores inuicem accusantibus causam repudij dedisse utrunque pronũtiatum est. Id ita accipi debet: ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter uindicetur.* Paria *enim delicta mutua pensatione dissoluuntur.*

*L.si ambo.in princip.ff. de compensationib.* Vlpianus. *Si ambo socij parem negligentiam societati adhibuimus: dicendum est, desinere nos inuicem esse obligatos, ipso iure compensatione negligentiæ facta.*

*L.si duo.ff.de dolo mal.Martianus: Si duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent.* Ratio *est: Quia paria sunt delicta, & paria delicta mutua pensatione dissoluuntur.*

Dolus *aut desidia alterius, alij nocere non debet.l. electio §.pen.in fi.ff.de noxal.act.Et l.rem hæreditariam.in fi. ff.de euict.* Papinian. *Cùm cohæredis negligentia damnosa non debet esse alteri.l.iij.in prin.ff de transact.Scæuola.* Aut *si nõ cauit, non debet negligentiã suam ad alienam iniuriam referre.l.superuacuam. in fi.C. deposit. uel contra.Iustinia. Ne industria, pœnas desidiæ soluat.*

*L.si quis testamento.C.de inofficio.testament.Iustinianus. Cùm enim infantem suum non posse ingratum à matre sua uocari scripsit, neque propter hoc ab ultima suæ matris hæreditate repelli, nisi hoc odio fecerit sui mariti ex quo infans progenitus est.* Hoc *iniquum iudicantes, ut alieno odio alius prægrauetur, penitus delendum sancimus.l. electio.ff.de noxalib.actioni.*

Dolus *uolentibus nunquam infertur.l.cùm donationis. C.de transact.Diocletianus & Maximianus. Cùm donationis seu transactionis causa administratæ tutelæ debiti scientes uos obligationem remisisse fratri uestro proponatis, nec unquam uolentibus dolus inferatur: frustrà de dolo querimini: nec ad implendum promissum hæreditatis propriæ pollicitatione quisquam adstringitur.*

*L.nemo.ff.de reg.iur.Vlpianus.* Nemo *uidetur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt.*

*L.in summa.§.fin.De condict.indeb.Paul.Si seruum indebitum tibi dedi, eumq; manumisisti: si sciens hoc fecisti, teneberis ad pretium eius, si nesciens, non teneberis.l.uenditor. in princip.C.de rescinden. uenditio.* Diocletianus & *Maximianus.* Venditor *factum emptoris, quod cum tempore contractus latuit, pòst arguendo, non quod eo tempore sciuerit, quo id ageretur & consensit, de dolo queri potest.*

*C.scienti.de reg.iur.lib.vj.scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus.*

*L.j.C.de rapt.uirg.Si quis uirginem etiam uolentem rapuerit, capitali pœna puniendus est. Ergo dolus circa consentientem admittitur.*

Dolus *præponderat culpæ.l. item obstetrix.ff.ad leg. aquil.*

Dolus *in deposito solus uenit.l.j.ff.depos.*

Doli

Doli *actione nullus agere debet, ubi alia actio competit.l.j.in princip.ff. de dol.mal.* *Vlpianus.* Quae dolo facta esse dicentur: si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse uidebitur, iudicium dabo.

Dolus *dans causam contractui, non rescindit contractum.c.penul.Quod met.caus.l.eleganter. in prin.ff.de dol.mal.l.bonafides.ff.deposit.*

Dolus *praesumptus impedit restitutionẽ.l.auxiliumq́; §.in delictis.ff.de minorib.*

Dolo *nullus facere uidetur, qui suo iure utitur.l.nullus.ff.de reg.iur.l.iij.§.haec uerba.in finc.ff. de liber.hom. exhi. Vlpianus: Quia dolo malo non uidetur habere, qui iure suo utitur.l.fluminum.§.j.ff.de dam.infecto.*

*Dolo carere non potest, qui imperio Magistratus non obtemperat. Iabolenus l.nemo potest.ff.de reg.iur.*

Dolo *nihil creditor facit, qui suum recipit.l. nihil dolo creditor.ff.eod.tit.*

Dolum *tutoris non oportet neque in interdicto, neque in caeteris causis pupillo nocere, siue soluendo est, siue nõ est. Iabolenus l.neque.ff.de reg.iur.*

Dolosus *esse nemo uidetur, qui ignorat causam, cur nõ debeat petere.c.qui in ius.ff.eod.tit.*

Dolosus, *doloso non tenetur, nec arenarius, arenario.l. si duo.ff.de dol.mal. Secus tamen si tibi feci damnum in una re, tu mihi in alia. Nam ambo agimus.l. quoties .in princ.ff. de noxalib.act. & l.colonus.ff.de ui & de ui arm.*

Dolor *iustus in aliquo excusat.l.Gracchus. in fi.C.ad leg.Iul. de adulte. Alexander. Sed si legis autoritate cessante inconsulto dolore adulterum interemit: quamuis homicidium perpetratum sit: tamen quia & nox, & dolor*

*iustus*

*iustus factum eius reuelat, in exilium dari potest.*

L.j. in fi. ff. ad leg. Cornel. de sica. Martianus. Item diuus Hadrianus rescripsit: eum, qui stuprum sibi uel suis per uim inferentem occidit, dimittendum.

L. si adulterium. §. Imperatores. ff. ad leg. Iul. de adulte. Modestinus. Si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu tactus doloris interfecerit: non utique legis Corneliæ de sicarijs pœnam excipiet. Nam & diuus Pius in hæc uerba rescripsit Appollonio: Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum suppliciam remitti potest: difficilimum cùm sit, iustum dolorem temperare.

Dominus adhuc esse intelligitur, qui nondum rem emptori tradidit. Instit. de emptio. & uenditio. §. utique tamen. Quia sanè qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est.

Dominus semel, semper præsumitur dominus rei. l. siue possidetis. C. de probationib.

Domine Imperator rogo, audias me patienter. l. proxime. §. Viuius Zeno dixit. ff. de his quæ in testament. delent. Qui locus cum alijs multis ostendit: Imperatores ipsos audiuisse olim causas pro tribunali, quod nunc alijs committitur perpetuò.

Dominus, quem semel spreuerunt compromittentes audire eos non tenentur. l. litigatores. in princ. & § quid ergo. in fi. ff. de recept.

Domini non possunt esse duo eiusdem rei in solidum. l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod. Vlpianus. Duorum quidem in solidum dominium possessionem esse non posse, nec quenquam partis corporis dominum esse, sed totius corporis pro indiuiso pro parte dominium habere.

L.

L.Meuius §.sed si pars fundi.ff. de legat.ij. Papinianus. Nam plures in uno fundo dominium iuris, intellectu, non diuisione corporis obtinent.

L.j.ff.si ager uect.& l.j.§.quod ait.ff.de superficieb.l.fi. ff.de rei uindica.

Dominium ex sola sententia iudicis transfertur.§. fi.Inst.de offi.iudicis. Quod autem istis iudicijs alicui adiudicatum fuerit: id statim eius fit cui adiudicatum est.

Dominium sola sententia non uidetur transferre, sed traditio.l.traditionibus.C. de pact. Diocletian. & Maximi.Traditionibus & usucaptionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur.Inst.de rer.diuisio.§.per traditionem.Per traditionem quoque iure naturali res nobis adquiruntur. Nihil enim tam conueniens est naturali æquitati: quàm uoluntatem domini uolentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Et ideo cuiuscunq; generis sit, corporalis res tradi potest, & à domino tradita alienatur.

Dominium, nuda traditio nunquam trãsfert.l.nunquam nuda.ff.de adq.rer.domi.

Dominium non habens, alij tamen præbere potest.l. non est nouum.ff.de adq.rer.domi.Vlpian. Non est nouum, ut qui dominium non habeat, alij dominium præbeat. Nam & creditor pignus uidendo causam dominij præstat, quam ipse non habuit. Vide, Dare.

Domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum est.Caius in l.plerique.ff. de in ius uocand. Vnde apud Græcos circunfertur Gnoma tale οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. hoc est, Domus amica, domus optima.

Domi suæ nemo inuitus opprimi debet.l. plerique.ff. eod.tit. Plerique putauerunt, nullum de domo sua in ius uocari licere.

L.ne

L.nemo.ff.de reg.iur. Paul. Nemo de domo sua inuitus extrahi debet. Ratio est: Quia domus tutissimum cuique receptaculum atque refugium est.l.plerique.ff.de in ius uoc.

L.sed & si.ff.eod.tit. Paulus. Sed & si is, qui domi est, interdum uocari in ius potest: tamen de domo sua nemo extrahi debet.

Domum suam reficere unicuique licet: dum non officiat inuito alteri, in quo ius nõ habet. Vlpianus in l.domum suam.ff.de reg.iur.

Domus tuta esse debet patrifamiliâs.l.j. in prin.ff. de Senatusc.Sila. Vlpia. Cùm aliter nulla domus tuta esse poßit.

Donatori pinguius succurrere debemus, quàm ei, qui uerum debitum persoluere compellitur. Paulus in l. & exhæredatũ.in fi.ff.de re iud.l.seq.ff.eod.tit. Triphoninus. Ne ex liberalitate sua inops fieri periclitetur.

Donare, nonnunquam est perdere.l.Filiusfamiliâs.in prin.ff.de donation. Vlpian. Filiusfamiliâs donare nõ potest, neq; si liberam peculij administrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij administratio, ut perdat.

Donari uidetur, quod nullo iure cogente conceditur. Papinianus in l.donari.ff.de reg.iur.

Donatio inter uirum & uxorem non ualet.l.j.ff. de donationib.inter uir.& uxor. Vlp. Moribus apud nos receptum est, ne inter uirum & uxorẽ donatio ualeret. Hoc autem receptum est: ne mutuo amore se inuicem spoliarent: donationibus non obtemperantes, & profusa erga se facilitate utentes.

Donationes mortis causa factæ, legatis comparantur.l.illud.ff.de mort.caus. don. Vlp. Illud generaliter meminisse oportebit: donationes causa mortis factas, legatis comparatas. Quodcunque igitur in legatis iuris est, id in mortis

*mortis causa donationibus erit accipiendum.*

Donatarius *donatario naturaliter obligatur.l. sed & si. §. consuluit.ff. de petitio. hæredi.* Vide, Beneficij acceptor.

Dos *ibi esse non potest, ubi non est matrimonium. Inst. De nuptijs.§.si aduersus.Si aduersus ea, quæ diximus, aliqui coierint:nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur.*

Dos *proprium ipsius filiæ patrimonium est.l.denique. § ergo.ff. de minorib. Vlpianus. Quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est.*

Dos *non constituit nuptias, sed mutua cohabitantium affectio. Nouell. Vt si plures filij non sint.§.sed neque hoc tantum.Const.* XXVIII.*Nam dotem quidem ad effectum deducunt nuptiæ, nuptias uerò constituunt non dotes, sed mutua cohabitantium affectio.*

Dotes *mulieribus conseruari interest reipublicæ. Cùm dotatas esse fœminas ad sobolem procreãdam, replendamq; liberis ciuitatem, maximè sit necessarium. Pomponius in l.j. ff.solut.matri.*

Dubitare *de singulis, prudenter oportet. Notatur in l.nemo.C.de summa Trinita.& fid.cat.*

Dubitationis *gratia quæ contractibus inseruntur: ea ius commune non lædunt.l.quæ dubitationis.ff.de reg. iur.* Vide, Ius commune.

Duo *testes sufficiunt ad probandum aliquid, ubi numerus testium de iure non adijcitur.l.ubi.ff.de testib. Vlpianus. Vbi numerus testium non adijcitur, etiam duo sufficiẽt. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est.* Vide, Testes duo.

Duo *homines non faciunt turbam, nec tres: sed decem, uel* XV.*l.*

*uel.xv.l.prætor ait.§.j.ff.ui bonor.rapt.Vide,*Homines.

Duo *simul nasci non possunt.l.* Arescula*.ff. de statu homi.* Triphoninus. Nec enim *natura permisit,simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere.l.seq.ff. eod.tit.*

Duæ *uices faciunt consuetudinem.l.iij.in fi.*C. *de episcopa. audientia.l.j.ff. de iur. patronat.l.* Aut *damnum.§. quisquis.ff.de poenis.l. quicunque.in princip.*C. *de ser.fugi.* Vide,Actus unus.

Duæ *res. præstant aliquando unam.l final.*C. *de edict. diu.Hadr.toll.l.nam & si parentib.ff.de inoffi.testament.*

Duo *uel plures eandem rem in solidum poßidere non possunt.l.iij §. ex contrario.ff.de adquir.uel amit.poß.Paulus.* Ex *contrario plures eandem rem insolidum poßidere non poßunt.* Quippe *cùm contra naturam est, ut cùm aliquid ego teneam,tu quoq; id uidearis tenere.* Et *paulò pòst,* Non *enim magis eadem possessio apud duos esse potest, quàm ut tu stare uidearis in eo loco, in quo ego sto: uel in quo ego sedeo,tu sedere uidearis.*

*L.Si ut certo.§.si duobus.ff.commod.*Vlpianus.*Duorum quidem in solidum dominium uel possessionem esse nõ posse: nec quenquam partis corporis dominum esse.sed totius corporis pro indiuiso pro parte dominium habere.*

*L.Meuius.§.sed si pars fundi.ff. de legat.ij.* Papinianus: *Nam plures in uno fundo dominium iuris intellectu,non diuisione corporis obtinent.*

*L.si duo.in prin.ff.uti poßid.*Paulus.*Si duo quoque poßideant in solidum uideamus,quid sit faciendum.* Quod *qualiter procedat,tractemus:si quis præponeret possessionem iustam & iniustã.* Ego *poßideo ex iusta causa:tu ui,aut clàm.* Si *à me poßides:superior sum in interdicto.* Si *uerò nõ à me: neuter*

*neuter nostrum uincetur. Nam & tu poßides, & ego.*

*L.iij.§.ex contrario. ff.de acquir.uel amitt.poss.Paulus: Sabinus tamen scribit eum, qui precariò dederit, & ipsum poßidere, & eum, qui precariò acceperit. Idem Trebatius probabat, existimans posse alium iustè alium iniustè poßidere. Duos iustè, uel duos iniustè non posse. Quem Labeo reprehendit: quoniam in summa possessionis non multum interfit, iustè quis, an iniustè, poßideat. Quod uerius est, l. clàm. §. qui ad nundinas. ff. dict. tit.*

Duobus dominis *nemo seruire potest. Tit. de eo qui arma belli depos. & Tit. De feudo fœminæ. Item scriptū est: Nemo Deo militans implicabit se negotijs alienis. l. naturaliter. C. de episcop. & cleric.*

Dulcior *est post pericula fructus. Notatur in l. ne mortuus. C. de contrahen. & committen. stipulatio.*

E

EAdem *res non debet diuerso iure concedi. l. eum qui ædes. in fi. ff. de usucapionib. Iabolenus: Neque enim recipi potest, ut eadem res, & ut res soli, & tanquam mobilis res sit possessa. Vide, Res eadem.*

Ea *quæ fiunt contra leges, pro non factis habentur. l. non dubium. C. de legib. Theodosia. & Valentinia. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos uideri uolumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Et paulò pòst: Hoc est, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur.*

*L. iubemus. §. prædia autem. C. de sacros. eccles. Leo & Anthemius: Quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt.*

Ea *quæ in præfationibus dicuntur, postea repetita uidentur*

dentur.l.Titia.ff. de uerb.oblig. Paulus: Plerunq; ea, quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur: sic tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio.l.lecta.ff.si cert.pet.

Ea quæ ab hostibus capiuntur nostra sunt. Inst.de rer. diuisio.§.item ea. Item ea, quæ ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt.l.hostes.ff.de uerb.sig.

Ecclesia gremium suum nunquam claudit redeuntibus.l.fin.§.æquum quippe.C.de sum.Trinit.

C.super eo.de hæretic.lib.vj.Alexander IIII. Super eò quod scriptum legitur: Ecclesia nulli claudit gremium redeunti. Hinc est quod omnibus Romana Ecclesia dicitur liberalis.c.sedes.iu princ.de rescrip.

L.iij.in fi.C.de Apostatis. Theodosius, Valenti. & Arcad. Sed nec unquam in statum pristinum reuertantur, nec flagitium morum obliterabitur pœnitentia. Et paulò pòst. Lapsis enim & errantibus subuenitur: perditis uerò, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, quæ solet alijs criminibus adesse, succurritur.

Ecclesia non potest pati damnum, per factum Prælati consentientibus œconomo & omnibus clericis.l. iubemus. §. Occonomus.C.de sacrosan.eccles.

Ecclesia nunquam moritur.c.si gratiose.in fin.De rescrip.lib.vj. Bonifacius VII. Quia sedes ipsa non moritur. Sedem uult accipi pro Ecclesia.

Edita actio spem futuræ litis monstrat.l.iij.C.de edend. Seuerus & Antoninus: Edita actio spem futuræ litis monstrat: quam emendari uel mutari licet prout perpetui editi monet autoritas, uel ius reddentis decernit æquitas.

Edicta prætoris non debent esse lusoria. l. si prætor. ff.de iudi. Iulianus: Vtiq; iudex, qui de iudicato cognoscit, non

*non debet de prætoris sententia cognoscere: alioquin lusoria erunt huiusmodi edicta & decreta prætorum.*

L.*sicut is.in fi.ff.ne quid in loc.uel iti.pub.* Paulus: *Sicut is,qui nullo prohibente in loco publico ædificauerat,cogendus non est demoliri, ne urbs deformetur ruinis: ita qui aduersus edictum pretoris ædificauerit, tollere ædificium debet:alioqui inane & lusorium prætoris imperium fuerit.*

Effectus *diuersi ex una eademq́; causa oriri non debent.l.meminerint cuncti.C.* Vnde ui. *l. qui hominem. ff. de solutionibus. & liberationib. l.cùm pater. §. dulcißimis. ff. de legat.ij.*

Effectus *aliquando dignior est sua causa efficiente. l. quod ex liberta.C.de operis seruor.* Et *institu. de ingenuis. §.j.*Nouell. *Constitutio quæ de dignitatib. §. sanè in genere.* Constit. LXXXI.

Effectum *non sortiuntur quæ de facto emergunt. Inst.de ingenu.§.fi.*

Effectus *tantò est perfectior, quantò agens est perfectius.l* Iurisiurandi.*C.de testib.*

Egestas *facit alacres & ingeniosos.l.si quis.§.j. ff. de agnos.& alend.libe.Vide,*Valerium *lib.7.cap.iiij.*

Electio *mala in culpa esse censetur.l.nam &* Seruius. *§.fi. ff. neg. gest.*Paulus: *Mandato tuo negotia mea* Lucius Titius *gessit.Quod si non rectè gessit,tu mihi actione negotiorum gestorum teneris: non in hoc tantum, ut actiones tuas præstes:sed etiam,quod imprudenter cũ elegeris, quidquid detrimenti negligentia eius fecit,ut mihi præstes.*

L.*item uidendum. §. sed* Labeo. *ff. de petitio. hæredita.* Vlpianus:*Sed* Labeo *putat eum teneri,qui suo periculo malè argentario credidit.*

Emptio *tam sub conditione, quàm purè contrahi potest*

*test.Inst.de empt.& uend.§.emptio.*

Emptionis *& conuentionis contractus requirit con sensum.* Et ideò *furiosus non potest contrahere emptionem & uenditionem.l.ij.C.de contrahend. empt. & uend.*Dio-*cletian.&* Maxi*mia. Emptionem & uenditionem consensum desiderare, nec furiosi ullum esse consensum, manifestum est.Intermißionis autem tempore furiosos maiores uigintiquinq; annis uenditionem, & alios quoslibet contractus posse facere non ambigitur.*

Emptio *imperfecta, per plenam rescinditur: non contrà, perfecta per imperfectam. l.si id quod.in princip. ff. de rescind.uend.*

Emptio *& uenditio, sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resoluitur, antequam res fuerit secuta. Paulus in lege emptio.ff.eod.tit.*

Emptio *nuda conuentione dissoluitur, si res secuta nō fuerit.* Iulianus *in l.cùm emptor.§.emptio.ff.eod.tit.*

Emptio *& uenditio contrahitur simulatq; de pretio conuenerit:quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit.instit.de empt.& uend.in princ.*

Emptio *nulla sine pretio esse potest.instit. eod.titu.§. pretium.* Pretium *autem constitui oportet. Nam nulla emptio sine pretio esse potest.*

Emptio *inter patrem & filium contrahi non potest. l.inter patrem, ff. de contrahenda empt. De rebus tamen castrensibus potest.* Vlpianus: Inter *patrem & filium contrahi emptio non potest:sed de rebus castrensibus potest. Vide infrà* Inter.

Errans *consentire non uidetur.l.si per errorem. ff.de iurisd.*Vlpianus: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus: nihil ualebit, quod actum est. Nec enim ferendus est qui*

*est qui dicat consensisse eos in præsidem: cùm (ut* Iulianus *scribit) non consentiant, qui errant. Quid enim tam consensui contrarium, quàm error, qui imperitiam detegit?* Vide, Contraria esse.

L.*ij.ff.de iudic.*Vlpian.*Error enim litigatorum (ut* Iulianus *quoque lib.j.digest.scribit) non habet consensum.* Vt *si putauerint alium esse prætorem pro alio.*

Error *communis facit ius. l. iij. in fi. ff. de supellectil. legat.*Paulus: *Hodie propter usum imperitorum, si in argento relatum candelabrum sit argenteum, argenti esse uidetur, & error ius facit.*

L.j.C.*de testam.* Hadrianus: *Testes, serui, an liberi fuerint, non oportet in hac causa tractari: cùm eo tempore, quo testamentum signabatur, omnium consensu liberorum loco habiti sint, nec quisquam eis usq; ad hoc statũs cõtrouersiam mouerit.l.*Barbarius Philippus. *ff.de offi.præt.*

L. *quod non ratione. ff. de legib.* Celsus: *Quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum: in alijs similibus non obtinet.*

L.*ornamentorum.ff.de auro, argento.* Paulus: *Ornamentorum appellatione uestem muliebrem non contineri, nec errorem hæredis ius mutasse respondit.*

Error *in nomine proprio uel appellatiuo, seu designatiuo singularis rei uel personæ, non officit testamento: nisi reddat dispositionem omnino incertam. l.si in nomine.* C. *de testam.*Gordianus: *Si in nomine, prænomine, seu cognomine testator errauerit, nec tamen, de quo senserit incertum sit: error huiusmodi nihil officit ueritati.*

L.*idem* Pomponius. *§. penult. ff. de rei uendic. Cùm in rem agitur, si de corpore conueniat, error autem sit in uocabulo: rectè actum esse uidetur.*

*L.fi.C.de hæred.inst.Iustinianus: Quidam testamentum faciens ita instituit,* Sempronius Plocii hæres esto. *Veteres quidem existimabant errorem nominis esse, & sic institutionem ualere, quasi testator* Plotius *nominaretur, & Sempronium sibi scripsisset hæredem. Sed huiusmodi sententiam crassiorem esse existimamus.* Neque enim *sic homo supinus, imò magis stultus inuenitur, ut suum nomen ignoret.* Et *paulò pòst. Cùm non sit uerisimile in suum nomen quenquam errasse.*

*L.quoties.in princ. ff. de hæred.inst.* Vlpianus: *Quoties uolens alium hæredem scribere, alium scripserit, in corpore hominis errans: (ueluti frater meus, patronus meus) placet neque eum hæredem esse, qui scriptus est: quoniam uoluntate deficitur: neque eum, quem uoluit, quoniam scriptus non est.l.iiij.ff.de leg j.*

Error *nominis nihil facit, cùm de corpore constat. l. in uenditionib.§.plane. ff.de contrahend.em.* Vlpianus: *Plane si in nomine dissentiamus, uerùm de corpore constet: nulla dubitatio est, quin ualeat emptio & uenditio.* Nihil enim *facit error nominis, cùm de corpore constat.*

Erronea *confessio, cùm erratur in facto, potest usque ad sententiam reuocari, sed post rem iudicatam est irreuocabilis.l.error facti.C.de iur.& facti ign.* Constant.& Maxi. *Error facti, nec dum finito negotio, nemini nocet.* Nam *causa decisa uelamento tali non instauratur.*

Error *in facto alieno tollerabilis est.l.ulti.ff.pro suo.*

Errorem *suum quilibet corrigere potest, & iure permissum est. inst. de act. §.si quis aliud. Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita ueritate, errorem suum corrigere ei permittitur: ueluti si is, qui hominem* Stichum *petere deberet,*

Erotem

Erotem petierit. Vide, Iudex potest.

Error *falsæ causæ, prætextu bonæfidei non defenditur. l.fi.C.de usucap.pro donat.* Diocletian. *&* Maximian. Irri*tam facere donationem perfectam nemini licet: utq; hoc uerum est, sic error falsæ causæ ratione bonæfidei non defenditur.*

Error *falsæ causæ, usucapionem non parit.ibid.*

Erubescimus *sine lege loquentes.* Nouell.*de tric. & semisse.§.consideremus. Sed quia, cùm hoc non lege agimus, erubescimus.l.fin. in fin. C.de consulib. Sed ne quid in parte temporis tale eueniat, & sine legibus inueniatur, ideò hæc nobis uisa sunt facienda.l.eum qui.ff.de donat.*

Eruditos *oportet nos prius fieri animis quàm linguis.*In *procemio digest.§.illud.*

Aestatem *incipere sic peritiores tradiderunt: ab æquinoctio uerno, & finiri æquinoctio autumnali: & ita senis mensibus æstas diuiditur, atque hyems.* Vlpianus,*l.* j. §. *Aestatem.ff.de aqua quotid.& æstiua.*

Aetas *impuberum, quicquid uidet ignorat. l.j. §.impuberes.* C. *de fals. monet.* Constantinus: Impuberes *uerò, etiam si conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid uideat ignorat.*

Aetati *& imprudentiæ ferè in omnibus pœnalibus iudicijs succurritur.l.ferè.ff.de reg.iur.*

Euentus *iudiciorum sunt dubij. l. quod debetur. in princ.ff.de peculio.* Scæuola: *Cùm & sumptus in petendo, & euentus executionis poßit esse incertus.*

Euentus *frustra expectatur, cuius nullus effectus sequitur.l.fi.C.qui ad bonor.poßeß.* Constantinus: Nihilominus *tamen efficaciam parem quasi suis sitam curriculis consequatur. &* l. *non idcirco. ff. de iud. l. quibus diebus.*

*§.ij.ff.de cond.& demonst.*

Euentus *damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas.* Vlpianus *in l. uerum. §. sciendum. ff. de minoribus.*

Exceptio *competens principali, competit & fideiussori.l.tam mandatori.C.de non num. pec.* Diocletian. *&* Maxim. *Tam mandatori, quàm fideiussori non numeratæ pecuniæ exceptio, exemplo rei principalis competit.*

Exceptio *debet sub regula contineri. l. nam quod liquide. ff. de pen.legat.*

Exceptio, in quantum facere posſit, *non habet locum in delictis.l.sed hoc ita.ff.de re iud.*

Exceptio *peremptoria aliquando opponitur post sententiam.l.tamen. ff.ad Senatusc.* Macedonianus: *Contrarium uerò regulare est: quòd exceptio peremptoria non poßit opponi post sententiam. l. peremptorias. C. sentent. rescind.non posse.*

Excommunicationis *sententia siue iusta, siue iniusta timenda est: modò tamen non sit palàm ipso iure nulla xj.q.iij.c.j.& c.ij.*

Excommunicati *eijciuntur à gremio matris* Ecclesiæ.*Notatur in l.penult.C.de sacros. eccles.*

Exemplis *non est iudicandum: sed legibus.l.nemo.C. de senten.& interl.l.omnium iud.* Iustinianus: *Nemo iudex uel arbiter existimet, neque consultationes, quas non ritè iudicatas esse putauerit, sequendum, & multò magis sententias eminentißimorum præfectorũ uel aliorum procerum. Non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum iudicum uitium extendi oportet: cùm non exemplis sed legibus iudicandum sit.*

L. j. *§.nunquid ergo. ff. de postuland.* Vlpianus: *Nunquid*

*quid ergo & magistratus gerere possit? Sed de hoc delibe-rabimus.* Extat *quidem exemplum eius qui gessit.l.j.ff.quod cuiusque uniuersitat.*

Exempla *ponimus, non ut uera sint, sed ut eorum quæ ita possunt accidere, iuris qualitas ex eis demonstretur.l.obligationum.§.fin.ff.de actionibus & oblig.* Paulus: *Nec enim si per iocum puta, uel demonstrandi & intellectus causa ego dixero tibi,* Spondes? *& tu respondeas,* Spondeo: *nascetur obligatio.*

Exempla *mala sunt reprobanda & non sequenda. l.j.ff.ad* Senatuscon. Maced. *dum dicit:* Pessimo exemplo. *& l.obseruandum.ff.de iud.* Callistratus: *Obseruandum est, ne is iudex detur, quem altera nominatim pars petit.* Id *enim iniqui exempli esse.*

Exempla *præsentia, futuri nos periculi admonent. lxxxij.c.plurimos.not.in c.j.de ser.non ord.*

Exemplum *pessimum est, fœminino uocabulo etiã masculos contineri.* Pomponius *in l.si ita scriptum.ff.de legat.ij.* Vide, Fœmininum.

Exemplis *testimoniorum non debet credi. l.iij.§. idem diuus.ff.de testibus.l.j.§.si qui duobus.* C. *de secund. nupt.l.quicunq;.ff.de fid.instrument.& l.* Pomponius. *ff.famil.ercisc.*

Exigenda *plura sunt ab eo, cui plura cõmittuntur. l.presbyteri.* C. *de epis.& cler.l.ij* C. *de episc.audient.l.quædam delicta.ff.de pœnis.l.* Pedius. *ff.de incen.rui.naufragi.l. nemo.* C. *de summa trin.& fide cath.*

Exiguum *munus non est spernendum. l.quisquis. §.nemo ex his.* C. *de postuland.* Valentinus & Valens: *Nemo ex his, quos licebit accipere, uel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officij gratia libero arbitrio*

*obtulerit litigator.*

Exitus *acta probat.l.j.C.qui accuſ.non poſ.Tunc (inquit) ex euentu cauſæ iudex æſtimabit. & l.quidam. ff. de rebus dub.l.rem non nouam..§.fin.C.de iud.*

Expenſæ *modicæ non ſunt curandæ.l.omnino. ff.de impenſ.in rebus dotalibus fact.Paulus: Omnino in ædificandis ædibus & in reponendis propagandisq; uineis, & in ualetudine mancipiorum, modicas impenſas non debet arbiter curare.*

Expenſæ *faciendæ ſunt ſecundum perſonæ qualitatem.l.cum plures.§ cùm tutor.ff.de adminiſtrat. & peric. tut.Paulus: Cùm tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli præponatur: in primis mercedes Præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij,pro dignitate natalium conſtituet.*

*L.quæ utiliter.in princ.ff.neg.geſt.Vlpianus:Quæ utiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus eſt etiam ſumptus,honeſtè ad honores per gradus obtingentes factus.*

*Nouell.ut determ.ſit num.cler.§.nam ſi nemo. Conſtit. 111. Nam ſi nemo facile eum,qui ultra ſubſtantiæ ſuæ modum ſumptus faciat,æquo animo ferat,quare non & nos ea ad ſolicitudinem noſtrā reuocabimus? Præterea,ſi non oportet undiq; ad ſumptus poſſeßiones conquirere(nam id inſatiabili cuidam auaritiæ ſimul & impietati proximum eſt) ſed ex moderatis facultatibus ſumptum temperare:ea propter conuenienter & quæ iſta concernunt lege includemus, & infirmitatem manifeſtè ei rei medicina adhibita eijciemus.Legant hæc clerici noſtri & deliberent.*

Experto *in qualibet arte credendum eſt. l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.homin.*

Expreſſa *nocent: non expreſſa non nocent.Modeſt. in l.*

*in l.expressa ff.de reg.iur.*

Expressa *prosunt, quæ omissa nihil prosunt. l.fin. in fi. C.de nouationibus.*

Exteriora *indicāt animi secreta.c.ex studijs.de præsumpt. Instit.de rer.diuis.§.in ijs autem.l.si tamen.in princ. ff.de ædilit.edict.l.non codicillum.C.de testament. l.obseruandum.ff.de offic.præsid.*

Extra *territorium ius dicenti impunè non paretur. l.fina. ff.de iurisdi. Paulus: Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem & si suprà iurisdictionem suam uelit ius dicere.c.ut animarum. de constitutionibus. Bonifacius* VIII. *Cùm extra territorium ius dicenti non pareatur impunè.*

*L.emancipari.ff.de adoptionibus. Paulus: Emancipari filium à patre quocunq; loco posse constat, ut exeat de patria potestate. Etiam apud proconsulem in ea prouincia, quam sortitus non est: & manumitti, & adoptionem dare posse placet.*

## F

Factum *cuique suum, non aduersario nocere debet. Paulus in l.factum cuiq;.ff.de reg.iur.*

Factum *audaculi non debet impunè alios trahere in periculum l.illicitas.§.sicuti.ff.de offi.præsid. Vlpianus: Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. Pretextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis, in periculo hominis, innoxium esse non debet.l.si seruus seruum. §. cæterùm ff.ad leg.Aquil.*

Facti *interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallit.l.ij.ff.de iuris & facti ignorant. Neratius: Cùm ius finitum esse & possit & debeat: facti interpretatio plerūq;*

*etiam*

*etiam prudentißimos fallit.*

Factum *à iudice quod ad officium eius non pertinet, non est ratum.Vlpian.in l.factum.ff.de reg.iur.*

Facti *proprij,non est probabilis error.l.quisquis.*C.*de rescind.uend.* Neq; *enim inanibus immorari sinatur obiectis,ut uires locorum sibimet causetur incognitas,qui familiaris rei scire uires uel merita atq; emolumenta ante debuerat.l.sed & si sua.ff.de acquir.uel amit.hered.*

L.*cum falsum.ff.eod.tit.*Africanus: *Cùm falsum testamentum dicetur,siquidem ipse hæres accusatur:quoniã certus esse debeat,se falsum non fecisse: rectè adibit hæreditatem. l.regula.ff.de iur.& fac.igno.*

Facti *proprij aliquãdo est iusta ignorantia.l.inter.ff. de pactis.& l.sed & si ius.ff.de condit.& demonst.*

Facti *ignorantia excusat.l.nibil.§.si cùm filius. ff. de inoffic.testa.*Quia *erranti succurritur.*

Facta *fatua non sunt sequenda sed deridenda.l fin.*C. *de legibus.*Eorum *quidem uanam subtilitatem tam risimus, quàm corrigendã esse censuimus.*

Facti *quæ sunt, ea iudicis potestati non committuntur. l.uerum.§.ex facto.ff.de minorib.*Arrius Seuerus, *quia dubitabat,ad* Imperatorem Seuerum *retulit.l.minor.in princ. ff.de cuict.*

Factum *unum & idem,non præstat pœnã & præmium.l.siue hæreditaria.ff.nego.gestor.*Caius: Nam *cùm propter ipsam ruinam, aut incendium damnandus sit: absurdum est, cum istarum rerum nomine,quæ ita cõsumptæ sunt,quidquam consequi.l.si cui.ff.ex quibus caus.mai.l.ita demum. in princ.ff.de recept.l.relegatorum.§.fin.ff.de interdict.& releg.*

L.*sed & milites.§.sed ignominia.ff.de excus.tut.*

Factum

Factum Prætoris, iuri derogare non oportet. l. j. §. sin uerò. in fin. ff. de ferijs.

Factum nostrum necessariũ est in re nostra ad alium transferenda. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

Factum suum nemo rectè impugnat. l. post mortem. ff. de adoptionib. Dum dicit, Aduersus factum suum quasi non iure eam.

Facti consultationẽ princeps nõ admittit. l. iij. §. sicut non semper. in fi. ff. de testib. c. j. de constitutionib. lib. vj.

Factum nihil uidetur dum aliquid superest agẽdum. l. pen. in fin. C. de his quib. ut indig. Iustinianus: Nihil enim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest.

Factum non uidetur quod non durat factum. Vel ut textus habet: Versum non uidetur quod non durat uersum. l. si pro patre. §. uersum. ff. de in rem uerso. Vide, Versum.

Factum alienum, nemo promittere potest. Institu. de inutilibus stipulationib. §. si quis alium. Si quis alium daturum facturum'ue quid promiserit: non obligabitur, ueluti si spondeat Titium quinq; aureos daturum. l. stipulatio ista. in princip. ff. de uerb. oblig.

Factum proprium quemlibet iudicat. l. cum probatio. ff. de uerb. oblig.

Facies humana ad similitudinem pulchritudinis cœlestis formata est. l. si quis in metallum. C. de pœnis. Constantinus: Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus: minimè in eius facie scribatur: cùm & in manibus & in suris poßit pœna damnationis una subscriptione comprehendi, quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minimè maculetur. & Genes. c. j.

Facias *hoc alijs, quod tibi fieri uis. l. j. in prin. ff. de solut. Vlpianus: Dũmodo in id constituat solutũ, in quo si ipsi deberet, esset soluturus. Et. ff. quod quisq; iuris in alt. stat. uti ipse eod. iure ut. Item Matth. vij. Quæcunq; uultis ut uobis faciant homines, & uos eadem facite illis.*

Falsum *sine dolo non cõmittitur. l. nec exemplum. C. ad leg. Cornel. de fals. Dioclet. & Maxim. Cùm non nisi dolo falsum cõmittentes crimine subiungentur. l. impuberem. in princ. ff. eod. tit. Paulus: Impuberem in hoc edictum incidere, dicendum non est: quoniam falsi crimine uix poterit teneri, cùm dolus malus in eam ætatem non cadit.*

Falsa *causa, non est causa. l. Paulus. ff. de uerb. sign.*

Fama *præponderat emolumento pecuniario. l. si in duabus. ff. de reg. iur. Et ibi. Oldendorp.*

Fama *plus est custodienda quàm oculi. Et mortaliter peccat qui eam nõ defendit iure. c. sentit. c. Non sunt audiendi. xj q. iij. cap. nolo. xij. q. j.*

Fama *propriè est quando tota ciuitas uel maior pars adserit ex uerisimilibus cõiecturis, ut colligitur ex c. si duo. xxxv. q. vj. & in c. super eo. De eo qui consang. uxor. suæ. Oportet autem ut sit ex uerisimilibus coniecturis, alioqui non est fama, quo ad iuris effectum: sed sunt uanæ uoces populi. Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion.*

Fama *differt à rumore. Fama est quando maior pars aliquid adserit. Rumor quando aliunde aliquid spargitur in ciuitatem.*

Familiæ *appellatione, & ipse princeps familiæ continetur. Caius in l. familiæ. ff. de uerb. signifi.*

Fauores *sunt ampliandi, odia uerò restringenda. l. cùm quidam. in fin. ff. de liber. & posthum. c. odia. de reg. iur. libro vj. Odia restringi & fauores conuenit ampliari.*

*l. fin.*

*l.fina.in fin.C.de edicto diui Hadriani. Et Institu.de usucapionibus.in princip.*

Fauorabiliores *rei potius, quàm actores habentur. Caius in l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.*

*L.Arrianus.ff.de act.& oblig.Paul.Arrianus ait, multum interesse,quæras,utrũ aliquis obligetur, an aliquis liberetur? Vbi de obligãdo quæritur:propensiores esse debere nos,si habeamus occasionem, ad negandum. Vbi deliberando ex diuerso,ut faciliores simus ad liberationem.*

Fauorabiliores *sumus ad liberandum, quàm ad obligandum.l.Arrianus.ff.de actionib.& obligationib.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.*

Fauore *indultum,non oportet uerti in læsionẽ.Theodos.& Valentin.in l.quod fauore.C.de legib.Iidem in l.generaliter.§.in his autẽ casibus.in fi.C.de sec.nupt. Ne quod fauore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum uideatur inuentum.*

*L.non eo.in fin.C.de procuratorib.Gordianus:Minoribus etenim ætas in damnis subuenire,non in rebus prosperè gestis obesse consueuit. c.quod ob gratiam. de regulis iur. Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.*

Fœmininum *genus non concipit masculinum.l.si ita scriptum.ff.de legatis ij.Pomponius: Si ita scriptum sit,* filiabus meis centum aureos do: *an & masculini generis & fœminini liberis legatum uideatur? nam si ita scriptum esset,* filijs meis hosce tutores do: *responsum esset, etiam filiabus tutores datos esse. Quod non est ex contrario accipiendum, ut filiarum nomine etiam masculini contineantur. Exemplum enim pessimum est, fœminino uocabulo etiam masculos contineri. Vide, Exem-*

*plum*

plum pessimum.

Fœminarum *præteritio, pro exhæredatione habetur.l.filiam præteritam* C.*de inoffic.test.*Philippus: *Filiā præteritam à matre, ad successionem eius citra inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati iuris est.*

Fœminarum *conditio, in multis nostri iuris articulis deterior est quam masculorū.l.in multis.ff.de stat.homi.* Papinianus: *In multis nostri iuris articulis deterior est cōditio fœminarum, quàm masculorum.*

Fœminæ *in dignitatis æstimatione uiris præferri nō debent.l.j.ff.de Senatoribus.* Vlpianus: *Consulari fœminæ, utiq; consularem uirum præferendum esse.*

Fœminæ *remotæ uidentur ab officio argētarij, cum ea opera uirilis sit.l.penult.ff.de edend.*

Fœminæ *in potestate liberos non habent.* Instit. De *adoptionib. Fœminæ quoq; adoptare non possunt: quia nec naturales liberos in sua potestate habent.* Hoc *tamen commune est parentum:* Honora *patrem & matrem.*

Fœminæ *in accusatione publica non admittuntur. l.qui accusare.ff.de accusationib.*

Fœminæ *in popularibus actionibus exercendis masculis præferri non debent.l.mulieri.ff.de popul.acti.*

Fœminæ *in testificationem testamenti non sunt admittendæ.l.qui testamento.§.mulier.ff.qui testamen.facere possunt.* Vlpianus: *Mulier testimonium in testamento dicere quidem non poterit.Instit.de testament.ordin.§.testes. Sed neq; mulier poßit in testimonium adhiberi.*

Fœminæ *adoptare non possunt.* Institu.*de adoptionibus.§ fœminæ.*

Fœmina *in tabulis deponendis, masculo præferri nō debet.l.fin.de fide instrum.*

Fœminæ,

Fœminæ, *tutores dari non possunt: quia id munus masculorum est: nisi à principe filiorum tutelam specialiter postulent.l.fœminæ.ff.de tute.*

Fœminæ *postulationem pro alio in iudicio suscipere non possunt.l.j.§ secundo loco.ff.de postuland.* Vide, Mulieres.

Festina *lentè.* Sicut *enim nimia festinatio nocet:ita post festum uenire miserrimum est.* Optimum *igitur temperamentum fit ex festinatione,& cunctatione.*

Felix *quem faciunt aliena pericula cautum.* Nouell.de Mandat.princip.§.titulos.Constit.XVII.

Festinans *ad duo diuersa neutrum bene peragit.Iustinianus in l.nemo.C.de adsessorib. ne cum in utrunque festinet,neutrum bene peragat.*Iuuenalis:

*Pectora nostra duas non admittentia curas.*

Fides *appellata est, quia fiat quod dictum est.* Cicero *lib.officio.j.*

Fidem *fallere graue est.l.j.ff.de constit.pec.* Vlpianus. *Hoc edicto prætor naturali fauet æquitati,qui constituta ex consensu facta custodit,quoniam graue est fidem fallere.*

Fidem *frangenti,licitum est fidem frangere.l.eum qui.in princ.ff.de inoffi test.l.qui fidem ff.de transactionib.*Hermogenianus. *Qui fidem licitæ transactionis rupit: non exceptione tantum submouebitur, sed etiam pœnam, quam* (Si contra placitum fecerit, rato manente pacto) *stipulanti rectè promiserat,præstare cogetur.*

*L.pollicitatione.C.de donat.ante nupt.* Alexander:*Pollicitatione à fratre quondam tuo sponsalium causa facta,etiam si in stipulationem deducta sit, ideo præstanda non fuit, quoniam in dote uxor maritum fefellit.l.cum proponas.*C.de *pact.* Vide,c.iij.De iureiur.

Fides *secundum ueritatem, uerborum adminicula non desiderat.l.j.C.si se abstinuit hæredita. Seuerus & Antoninus. Si uos paternæ hæreditati non uiscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit: cum fides ueritatis uerborum adminicula non desideret.*

Fides *iudici est facienda de re in iudicio controuersa, non autem aduersario.l.j.C.de cond. ob turp. caus. Antoninus. Ei, qui super ea re cogniturus est, probãdum est.l.quinquaginta.ff.de probationibus. Celsus. Ipse hæres id adprobare iudici debet.l.procurator.C.de edend.*

Fides *est constantia dictorum factorumq́; , teste Cicerone: qui fidem dicit fundamentum esse Iustitiæ.*

Fidei *humanæ nihil magis congruit quàm ea seruare, quæ inter contrahentes placuerunt.l.j.de pact.*

Fidem *malam allegans, tenetur eam probare.l.pen. in fi.C.de euictionib.*

Fideiubere *aliud est: aliud item iubere.l.j.§.sed & si serui.ff.quod iussu.Vlpianus.Sed quia aliud est fideiubere, aliud iubere.*

Fideiussor *non tenetur in pœnalibus causis.l.libertus. in fin. ff.ad municipalem. Papinianus. Fideiussores, qui saluam Rempublicam fore responderunt, & qui magistratus suo periculo nominant: pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus interuenerunt. Eos enim damnum rei publicæ præstare satis est, quod promitti uidetur.*

Fideiussor *fideiubendo pro minore tenetur: nec habet tamen actionem mandati contra minorem.l.in causæ. ff.de appellatio.*

Fideiussori *non est licitum emere rem debitoris pro quo fideiussit.l.fideiussor.ff.de pignorib. Modestinus. Fideiussor*

*iussor impetrauit à potestate, ut antequam solueret, pignora ipse poßideat quasi satisfacturus creditoribus: nec satisfecit: modo hæres debitoris paratus est soluere creditoribus. Quæro, an fideiussor pignora restituere cogendus sit? Modestinus respondit, Cogendum esse.*

Fideiussor *rem uenditam euincere non potest.* Arg. *l. exceptione doli. l. si ob causam. & l. seq. C. de euict.*

Fides *præualet diuitijs. l. si quis stipulatus. in fin. ff. de uerb. obligationib.* Pomponius. *Nisi quod plerunque idonei non tam patrimonio, quàm fide quoque æstimarentur.* Cicero *multa præclara in hanc sententiam in* Paradoxis. *Etenim (inquit) si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant.*

*L. scire oportet. §. cum reliquis. ff. de tutorib. & curatorib.* Modestinus. *Cum reliquis oportet magistratum & mores creandorum inuestigare.* Neque *facultates enim, neq; dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio & benigni mores.* Vide, Boni mores.

Filium *eum definimus, qui ex uiro & uxore eius nascitur. l. filium eum. ff. de his qui sui uel al. iur. sunt.*

Filius *debet obedire patri. l. ueluti. ff. de iust. & iur.*

Filius *non est homo integer, sed patris. l. cum scimus. in fin. C. de agric. & cens.* Iustinianus: *Cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat: non uidetur neq; abesse neq; peregrinari.*

Filij *appellatione, omnes liberi continentur.* Paulus *in l. filij. ff. de uerb. signifi.*

Filij *dignitas, laus & gloria patris est.* Vide, Dignitas filij.

Filius *potest erroris admonere patrem, & à sententia eius recedere. l. iij. §. si quis. ff. de condictio. caus. dat.*

*Vlpian. Et refert Celsus patrem suum Celsum existimasse, repetere eum non posse. Sed ipse Celsus naturali æquitate motus, putat repeti posse. Quæ sententia uerior est.*

Filij *non debent esse castigatores parentum. Nouell. De his qui nupt. iter. §. si uerò. Constit. XXII. Erubescit enim lex, filios esse castigatores parentum.*

*L. potioris. C. de officio rector. prouinc. Valentin. & Valens. Potioris gradus iudicibus, ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas: & si minor iudex ueritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria.*

Filius *propter ingratitudinem redigitur in potestatem patris. l. j. C. de ingratit. liberi. Valenti. Valens, & Gratia. Filios & filias cæterosq; liberos contumaces, qui parentes uel acerbitate conuicij, uel cuiuscunque atrocis iniuriæ dolore pulsassent, leges emancipatione rescissa, damno libertatis immeritæ multare uoluerunt.*

Filius *non debet ferre iniquitatem patris: nec hæres defuncti. l. si quis. in fin. C. de inoffi. testa. Exodi cap. xxiiij. Reddis iniquitatem patrum filijs & nepotibus, usque in tertiam & quartam progeniem.*

*L. in hæredem. in princ. ff. de calumniatoribus. Vlpianus. In hæredem autem competit in id, quod ad eum peruenit. Nam constitutum est, turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur. Et iuxta illud, Nec malè quæsitis gaudet tertius hæres. Vide,* Delictum patris.

Filij, *meritis potius paternis sunt ad obsequia prouocandi, quàm pactionibus adstringendi. l. si quis. §. j. C. de inofficioso. testament. Et notatur in c. Et quia uidimus. Tit. de ijs qui feud. dare possunt.*

*Filiusfa*

Filiusfamiliâs *quicquid adquirit dum est in potestate patris,non sibi sed patri adquirit.* Instit. *Per quas personas uobis adqui. in princ. l. qui seruo. ff. de adquir. possess.*

Filiusfamiliâs *testamentum facere non potest. l. nemo. C. qui testament. facere poss. qui in potestate. & l. filiusfamiliâs. ff. qui testament. facer. poss.*

Filius *quo ad ea quæ sunt publici iuris habetur loco patrisfamiliâs. l. si filiusfam. ff. de his qui sunt sui.* Pomponius: *Filiusfamiliâs in publicis causis, loco patrisfamiliâs habetur, ueluti si magistratum gerat, uel tutor detur. Sed testamenti factio est publici iuris. Ergo etiam in testamenti factione uideretur admittendus. l. iij. ff. de testam.*

Fines *mandati sunt diligenter custodiendi.* Paulus *in l. diligenter. ff. mandati. l. si cui. ff. quemadmod. seruit. amitt.* Exemplum *insigne ad hoc responsum pertinens refert* Gellius *lib. j. cap. iij.*

Finis *cuiusque rei est attendendus. l. j. in princip.* C. *de nouo codice faciend. l. j. ff. de orig. iur.* Vide D. Oldendorpium. *Ibid.*

Finem *certum respicientia, non debent contrarium operari. l. quod fauore.* C. *de legib.* Theodos. & Valentin. Quod *fauore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inuentum uideri.*

Fiscus *semper præsumitur locuplex, & idoneus successor. l. ij. ff. de fund. dotal.* Vlpianus: *Quare & si ad fiscum peruenerit, nihilominus uenditio fundi impeditur: quamuis fiscus semper idoneus successor sit & soluendo.*

Fiscus *& priuatus, pari passu nõnunquam procedunt. l. item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de petitio. hæred. l. cum eorum.* C. *de senten. & interlo. omni. iudi.*

Forma *est quæ dat esse rei, & conseruat eam. l.* Iu-

*lianus.§.sed & si quis.ff.ad exhibend. Vlpianus: Nam mutata forma propè interemit substantiam rei, ut Marcellus scribit.l.Seia.in fin.ff.de auro,argento,mundo.*

Formas *nouas semper natura properat edere.* Tit. *Quæ fuit prim.caus.benef.amit.*

Fortunæ *euentus sunt tolerandi siue sint boni siue mali.* Vide, Euentus fortunæ.

Forum *qui sortitur ratione contractus.l. Hæres. in princip.ff.de iudic.Vlpianus: Hæres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit: & conueniendus, si ibi inueniatur,nulloq; suo proprio priuilegio excusatur.c.dilecti filij.De foro competent.*

Fratrum *appellatione, & sorores contineantur.l. tres fratres.in princip.ff.de pact. Tres fratres Titius, Sempronius & Seia.l.Lucius Titius.§.quæsitum.ff.de legat.* III. *Scæuola. Quæsitum est, an quod hæredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? respondi pertinere.*

Frater *est, qui fraterna charitate diligitur: & is rectè sub appellatione fratris hæres instituitur: iuxta sententiam Salomonis prouerb.cap.xviij. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit,quàm frater.*

Fratrum *dura est separatio.l.possessionum.C.cõmuni.utriusq; iudic.Constantinus: Quis enim ferat, liberos à parentibus,à fratribus sorores,à uiris coniuges segregari?*

Fraus *debet in suum autorem retorqueri.l.penult.C. de legat.Iustinianus: Quod omnino inhibendum esse censemus,ut non accipiat fructum suæ calliditatis, quæ hæredem uoluit etiam hæreditate defraudare. Et paulò pòst. Vt qui alij nocendum esse existimauit, ipse suam sentiat iacturam. Quid. Discat in autorem pœna redire suum?*

Fraus

Fraus & dolus prodesse: & simplicitas alicui nocere non debet.l.j ff.de dol.mal. Vlpianus: Ne illis malitia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas damnosa.

Fraudis consilio, id quod semel benignè donator contulit, reuocari non debet.l.ad res donatas. in fin.ff.de aedilit. edict. Modestinus: Ne quod benignè contulerit, fraudis consilio reuocet.c. Veniens, de filijs presbi.

Fraudis suspicionem paris affectio amouet.l.non solùm. §.de uno.in fin.ff.de rit.nupt. Triphoninus: Quia affectionis causa eam suspicionem fraudis amouet.

Fructus omnes iure soli, non iure seminis percipiuntur.l.qui scit.§.in alieno.ff.de usur. Iulian. Quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiũtur, quàm seminis, ex quo oriuntur, inspicitur.

Fructus & partus futuri rectè emuntur.l.nec emptio. ff.de contrahen.emptio. Pomponius: Nec emptio, nec uenditio sine re, quae ueneat, potest intelligi: & tamen fructus & partus futuri rectè emuntur: ut cùm editus est partus, iam tunc uenditio facta intelligatur.

Frustratoria allegans non auditur.l. penult. C. de conueniend.fisc.debitorib. Valent. Valens & Gratia. Hi, qui fisco nostrae mansuetudinis obnoxij sunt, omissa frustratione teneantur. Cle.saepe.de uerbo.signific.

Frustrà fit per plura, quod potest fieri per pauciora. l.in donat.in prin.C.de donat.instit.quod cum eo qui in aliae. in princip.instit.de legat.§.j.l.raptores.C.de episc.& cleri. & l.raptores.C.de rapt.uirg.

Fundi appellatione, omne aedificium & omnis ager continetur. Florent.in l.fundi.ff.de uerb.signific.

Fundi appellatione, plena proprietas continetur.l. inde Neratius.§.non solum.& l.si proprietas.ff. de usufr.

adcreſcend.

Furor *aliquem excuſat.* Nam *ſi furioſus hominem occiderit non tenetur.* l. Diuus Marcus. ff. de offic. præſidis. l. Infans. ad leg. Corncl. de ſicar. & uenefici. Modeſti. *Infans, uel furioſus, ſi hominem occiderit, legis Corneliæ non tenetur: cum alterum innocentia conſilij tuetur, alterum fati infelicitas excuſat.*

L. penult. §. ſane. ff. ad leg. Pompeiam de parricidi. Modeſtinus: *Sane ſi per furorem aliquis parentem occiderit: impunitus eſt, ut diui fratres reſcripſerunt ſuper eo, qui per furorem matrem necauerat. Nam ſufficere furore ipſo eum puniri, diligentiusq́; cuſtodiendum eſſe, aut etiam uinculis coërcendum.*

Furioſus *ipſo furore ſatis punitur.* l. Diuus Marcus. ff. de offic. præſid. l. penult. ff. ad leg. Pompei. de parrici. Vide, Ciceronem de Aruſpi. reſponſ.

Furioſus *licet uxorem ducere non poßit, matrimonium tamen retinere poteſt.* l. patre furioſo. ff. de his qui ſui uel alie. iur.

Furioſus, *abſentis loco eſt.* l. furioſi. ff. de reg. iur.

Furioſi, *uel eius cui bonis interdictum ſit, nulla uoluntas eſt.* l. furioſi. ff. eod. tit.

Furioſus *non poteſt facere codicillos, ſicut nec teſtamentum.* l. nec codicillos. C. de codicillis. Diocletian. & Maximian. *Nec codicillos quidem furentem poſſe facere, certißimi iuris eſt.*

Furioſus *ſi imperatori maledixerit non punitur.* l. unica. C. ſi quis imperator. maledixer. *Si ex inſania, miſeratione dignißimum.* l. diuus. ff. de offic. præſid. Vide, Adflictio.

Furioſus *exiſtimandus eſt, qui rem alienam domino inſc*

*no insciente inuasit.l.si quis in tantam.Et l.fin.C.unde ui.*

Furiosæ *matris curatio ad filium pertinet. Pietas enim parentibus (& si inæqualis est coràm potestas) æqualis debetur.Vlpia.in l.furiosæ.ff.de curat.fur.*

Furiosi *patrimonium, non solùm consilio & opera curatoris defendi debet: sed etiam corpus & salus furiosi tuenda est.Caius in l.consilio.ff.eod.tit.*

Furioso, *furiosæ'ue, priuilegium seruatur in bonis curatoris.l.& mulieri.ff.eod.tit.*

Fures, *Græci à fero dixerunt. instit. de oblig. quæ ex quasi delict.in princip.*

Fur *semper est in mora.l. in re furtiua.in fi.ff. de con. furt.Vlpianus: Semper enim moram facere fur uidetur.*

Furtum *à furuo, hoc est nigro dictum est, quòd clàm & obscurè fiat, & plerunque nocte.instit.de oblig.quæ ex quasi delict.nas.*

Furtum *est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipsius rei, uel etiam usus eius, possessionis'ue, quod lege naturali prohibitum est admittere. instit. eod. titu.§. Furtum.*

Furtum *sine adfectu furandi non committitur. instit. eod.tit.§.placuit tamen.l.Furtum.ff.de usucapionib.Paulus: Furtum enim sine adfectu furandi non committitur.*

L.Fullo.§.*qui ancillam.ff.de furtis.Paulus: Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenetur: & si suppresserit, pœna legis Fauiæ coërcetur.*

Furtum *facit is, qui iumenta sibi commodata longius duxerit, alia'ue re inuito domino usus sit.l.iumenta.ff.de furtis.Paulus: Qui iumenta sibi commodata longius duxerit, alia'ue re inuito domino usus sit: furtum facit.§.Furtum autem.instit.dict.tit.*

Furtum *committi potest in propria re.instit.eod.§.interdum.Aliquando autem etiam suæ rei quis furtum committit.*

Furem *nocturnum si quis occiderit:ita demum impunè feret,si parcere ei sine suo periculo non potuit.* Vlpianus *in l.Furem.ff.ad leg.Cornel.de sicarijs.*

Furti *pœna olim non fuit mors, nec membri abscisio.* Nouell.De *uicarijs.§ pro furto.*Constitut. CXXXIIII. *Pro furto autem prorsus nolumus, ut ullum membrum amputetur aut mors irrogetur, sed alia ratione castigatio procedat.Fures uerò appellamus eos, qui clàm & sine armis talia delinquunt.*

Furti *species est,de alieno largiri.l filius.ff.de dol.mal.* Vide,Species.

G

GEnerale *dictum,generaliter est intelligendum.l.si seruitus.ff.de seruitut.urbanor. prædio.*Pomponius: *Humanius est, uerbo generali omne lumen significari.l. quamuis.ff.de in ius uocand.*

Generale *tantum ualet in omnibus,quantum singulare in singulis.l.si duo. in fin.ff. de adminisst.tutor.* Venuleius: *Quantum enim facit,in totum denegata: tantundem ualet, si in ea re, de qua agitur, denegata sit.l. si unū.§.si duos.ff. de legat.*II.*l.si quis mihi.§.sed utrum ff.de adqui.hæredi.l. sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautionib.*

Generalibus *specialia insunt.l.si seruitus.ff.de seruit.urbanor. prædior.l. semper.ff.de regu.iur.* Vide, Specialia.

Generalitas *non trahitur ad futurum:nisi exprimatur.l.obligatione generali.ff.de pignorib.& l.si à colono.ff. de uerb.oblig.*

L.fin.

L.fin.C. *quæ res pig.* Iuſtinianus: *Ius tamen hipothecæ, etiam ad futuras res producatur.*

Generaliter *uerba commendandi cauſa prolata, non obligant.l.ſciendum.in prin.ff.de ædil.edict.l. obligationum ſubſtantia.§.uerborum.ff. de actio. & oblig.* Paulus: Nec *enim, ſi per iocum puta, uel demonſtrandi & intellectus cau ſa ego dixero tibi,* Spondes? *& tu reſpondeas,* Spondeo: *naſcetur obligatio.*

L.*ea,quæ.ff.de contrahen.emptio.* Ea, *quæ commendandi cauſa in uenditionib. dicuntur, ſi palàm eſſe appareant, uenditorem non obligant.*

Genus *dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie.* Notatur *in l.ij.ff.de reb. cred. & inſtit. de iur. nat.gent.& ciuil.§.plebiſcitum.*

Generi, *per ſpeciem derogatur.l.in toto.ff.de reg.iur.* Papinianus: In *toto iure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſsimum habetur, quod in ſpeciem directum eſt. l.ſeruis urbanis. in fin.ff.de legat.iij.* Paulus: Si *alij uernæ alij curſores legati ſunt: ſi quidam & curſores, & uernæ ſint: curſoribus cedent. Semper enim ſpecies generi derogat.l.cum de lanionis.ff.cum fundum.& §.ſeq.ff. de fundo inſtruct.uel inſtrument.legat.*

L.*legata.ff.de ſupellectil. legat.* Paulus. *Legata ſupellectile, cum ſpecies ex abundanti per imperitiam enumerantur: generali legato non derogatur. Si tamen ſpecies certi numeri demonſtratæ fuerint: modus generi datus in his ſpeciebus intelligitur.*

Genus *perire non poteſt.* Metianus.*l. in ratione legis falcidiæ.§. incertæ autem.ff.ad leg. falcid.l. incendium.*C.*ſi cert.petat.* Diocletia.& Maximian. Incendium, *ære alieno non exuit debitorem.*

Genus

Genus *mulierum est auarißimum.l.sed si ego.ff.ad Senatuscons.Vellcia.Vlpian.Quia facilius se mulier obligat, quàm alicui donat.*

Gerere *uideor,quod per alium gero.l.ita.§.geßisse.ff. de administratio.tutor.Vlpian.Geßisse enim uidetur,& qui per alium geßit.l.j.§.in alienis.C.de thesauris.l.cum fundum.§.quæsitum.ff.de ui,& de ui armat.*

Gestum *cum uno,cæteris non prodest.l.neque pactio. C.de transactionibus.*

Gratificationi *locus est.l.final.ff.de relig.& sumpt. fun. Scæuola. Si plura prædia quis habuerit, & omnium usumfructum separatim legauerit:poterit in unum inferri, & electio erit hæredis, & gratificationi locus.l.si quis seruum.§.si inter duos.ff.de legat.11.& l.iij.§.si cum omnes.ff.de Senatusconf.Sylan.& Claudian.l.si duobus.in prin.C.de legat.& l.quotiens.ff.de usufruct.*

Glossæ *in defectum legum allegari non debent.* No*tat ipse Accursius in l.sed licet.ff.de offic.præsid.*

Graue *est naturam fallere.l.si quis testamento. in fin. C.de inofficios.testament. Iustinianus:Et iuri filij sui minimè nocere,nec suam naturam fallere.Satis enim crudele nobis uidetur esse,eum,qui non sentit,ingratum existimari.*

Grauatus *in uno,in altero releuari debet.l.eum qui. ff.de iureiur.*

Grex *ad minus continet decem oues.l.oues.ff.de abigeis.Callistratus:Oues pro numero abactorum, aut abigeũ, aut furem faciunt.Quidam decem oues gregem esse putauerunt.Porcos etiam quinque uel quatuor abactos.*

Grege *pignori obligato,quæ postea nascuntur, tenentur.Sed & si prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renouatus:pignori tenebitur.Martianus in.l.grege.ff. de pignor*

*de pignoribus.*

H

HAbitus *non facit Monachum, sed professio Christiana.c.porrectum.de reg.& transf. ad religio. nouel.de Monachis.in princip.Constit.v.*

Hæreditas *est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec ea, aut legata testamento, aut possessione retenta.Cicero in Topicis.*

Hæreditas *nihil aliud est, quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. Caius in l.nihil.ff.de uerbor. significatio.& l. Hæreditas.ff.de regul.iur.*

Hæreditatis *appellatione, bonorum quoque possessio continentur.Paulus in l.hæreditatis.ff.eod.tit.*

Hæreditatis *appellatio, sine dubio continet etiam damnosam hæreditatem. Iuris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.l.hæreditatis.ff.eod.titul.*

Hæreditas *repræsentat personam domini. Vlpian.in l.denique.§.nam & sepulcri.ff.quod ui, aut clàm.*

Hæreditatem *ab initio quis dolosè ambigat, an postea hoc facere cœperit parui refert. Vlpianus in l. denique. §.de eo.in fin.ff.de petitio.hæreditat.*

Hæreditatis *petitio quædam habet, quæ in familiæ erciscundæ iudicium non deducuntur. Veluti si ego debitor hæreditarius sim: iudicio familiæ erciscundæ non consequeris id, quod defuncto debui: per hæreditatis petitionem consequeris. Iulianus in l.fundus.in fin.ff.famil.ercisc.*

Hæres *absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit: & conueniendus, si ibi inueniatur, nulloq; suo proprio priuilegio excusatur. Vlpianus in l. hæres absens.ff. Vbi quis agere.*

Hæres *esse non uult, qui ad alium transferre uoluit hæredita*

*hæreditatem.l.non uult.ff.de regul.iur.*

Hæres,*uel cohæres nullus per epistolam fieri potest. l.epistola.ff.de pacti.*Vlpianus. *Epistola, qua quis cohæredem sibi aliquem cauit,petitionem nullam aduersus possessorem rerum hæreditarium dabit.l.non epistolis.C.de probationibus.*

Hæres *hæredis, est hæres primi testatoris.l. Cum in liberis.C.de hæredibus instituend.*Iustinianus. *Et hoc argumentamur ex antiqua regula,quæ uoluit: hæredem hæredis testatoris esse hæredem.*

Hæredis *appellatio, non solùm ad proximum hæredem,sed etiam ad ulteriores refertur.* Nam *&* *hæredis hæres,& deinceps,hæredis appellatione continentur.* Vlpianus *in l.hæredis.ff.de uerbo.signif.*

Hæredis *appellatione omnes significari successores credendum est, & si uerbis non sint expreßi.l. hæredis.ff. eod.titul.*

Hæres *& defunctus eadem persona reputantur.* Nouell. *de iureiur. quod moriens de mod. in princip. Constit.* XLVIII.*l.finali.in fin.C.de impub. & aliis substitutionibus.* Iustinianus. *Cùm & natura pater & filius eadem esse persona penè intelliguntur.*

L.*qui in futurum.ff.de pactis.* Florentinus. *Si ex altera parte in rem,ex altera in personam pactum conceptum fuerit:uelutine ego petam,uel ne à te petatur:& hæres meus ab omnibus uobis petitionem habebit,& ab hærede tuo omnes petere poterimus.l. qui liberis.§. hæc uerba.ff. de uulg. & pupil.substitutio.*

Hæres *est successor lucri & onerum defuncti.l. cum* Hæres. *in princip.ff. de diuers. tempor. præscriptionib.* Iulianus*: Cùm hæres in ius omne defuncti succedit, ignoratione*

*tione sua defuncti uitia non excludit. & l. an uitium. ff. eo. tit.*

Hæretici *sunt excommunicandi. l. ij. §. qui uerò. C. de summ. trinitat. & fide catholica. Cùm omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes uetemus. Ac si quid eruptio factiosa tentauerit: ab ipsis etiam urbium mœnibus exterminato furore propelli iubemus.*

Homo *unus, duorum uicem difficilè sustinere potest.* Vide, Difficile est.

Homo *liber, difficilè à seruo dignosci potest.* Vide, Difficile liber.

Homo *est dignißima creaturarum. l. iustißimè. ff. de ædeliti. edict.*

Hominis *appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri, non dubitatur. Caius in l. hominis. ff. de uerbor. signification.*

Homines *sunt faciles ad dissentiendum. l. si unus. §. Principaliter tamen. ff. de recept. Vlpianus. Propter naturalem hominum ad dißentiendum facilitatem.*

Homo *quilibet propter mutabilitatem mendax censetur. Psal. cxv. & clxxiij. Nam omnia quæ sub sole sunt, & temporum uicißitudinem recipiunt, uana sunt. Ecclesi. j. de pœnitent. Distin. ij. in fin.*

Hominis *interest beneficio hominem abfici. l. seruus ea. in fin. ff. de serui. exportand. Papinianus. Cùm beneficio adfici hominem intersit hominis. Hanc sententiam eleganter Cicero tractat libr. officior. ij.*

Hominis *gratia omnes fructus natura comparauit. l. in pecudum. ff. de usuris. Caius. Absurdum enim uidebatur hominem in fructu esse, cùm omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauit. & instit. de rer. diuisio. §. in pecudum.*

Hominem *homini insidiari nefas est.l. ut uim.ff. de iustitia, & iure.*

Hominum *nonnulli sunt ualdè faciles ad iurandum. l.quæ sub conditione.in princip.ff.de conditionibus institution.* Vlpianus. Et rectè. *Cùm enim faciles sint nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis, alij per quàm timidi metu diuini numinis usque ad superstitionem: ne uel hi, uel illi, aut consequerentur, aut perderent, quod relictum esset: prætor consultißimè interuenit.*

Homines *duo, non faciunt turbam nec tres.* Vide, Duo homines.

Homines *non debent facilè procedere ad litigandum.* Institut. *de pœna tem.litigant. in princip.* Nunc *admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura sustinebant, ne facilè homines ad litigandum procederent.* Vnde *boni iudicis est lites dirimere.l.quidam.ff.si cert.petat.*

Hominem *ueneno extinguere plus est, quàm occidere gladio.* Antoninus *in l.j.C.de malefic.&* Mathemat.

Homo *non debet mitior esse lege.* Nouell. *de iudicib.§. ut autem.* Constitut. LXXXII.

Homo *non debet facere alijs, quod sibi fieri non uult. ff.quod quisque iur.& l.j.ff.de solutionib. & liberationi.*

Homo *liber, nullam recipit corporis æstimationem. l.fina.ff.de his qui deiecer.uel effuder.* Caius. *Cicatricum autem & deformitatis nulla fit æstimatio: quia liberum corpus nullam recipit æstimationem.*

Homines *metu pœnarum retrahuntur à delictis.l. Cum seruum.C.de seruis fugitiuis.* Iuxta *illud* Horatij:

*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

*Oderunt peccare boni uirtutis amore.*

Homo *homini lupus est.*

Honest

Honestum *Necessarium, & Possibile æquiparantur. l.in eadem.& l.nec non.ff.ex quibus caus.ma.§.fin.& Nouell.* De *referend.sacri palatij.in princ.Constitu.* x i.

Honesti *uiri non uagantur noctu. l.ij. §. & quia magistratibus.ff.de origin.iur.l.hoc edictum.§.Labeo.ff.de his qui deiecer.uel effuder.Paulus: Labeo ait, locum habere hoc edictum si interdiu deiectum sit, non nocte. Sed quibusdam locis, & nocte iter fit.*

Honestus *modus est seruandus, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda. Vlpianus l. ex damni. in princ. ff.de damno infecto.*

Honestè *quædam accipiuntur, quæ non honestè petuntur.l.j.§.proinde.in fin.ff.de extraord.cognitionibus.*

Honor *est præferendus omni commodo pecuniario. l. reprehendenda tu magis.* C.*de institutionib.& substitutio. Oportuerat autem, & si conditio huiusmodi admitteretur præferre lucro concordiam maritalem. Enimuerò cum boni mores hæc obseruari uetent: sine ullo damno, coniunctionem retinere potuisti.*

*L.Iulianus.in princ.ff.si quis omiss.caus.test.Papinianus: Non enim carere dolo patrem, qui honore proprio omisso, propter compendium alienam institutionem maluit.*

Honor *onus habet.Instit.de iur. natural. gent. & ciuil.§.sed & quod principi.*

Honoris *augmentum, non ambitione, sed labore, ad unumquenque peruenire debet. l sancimus.in prin.C.ad leg. Iul.repet. Theodos. & Valent.Sancimus, eiusmodi uiros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia, non ambitione, uel pretio, sed probatæ uitæ, & amplitudinis tuæ solet testimonio promoueri.j.q.vij.c.per illicitam.*

Hosti *fides est seruanda. xxiij.q.j.c. Noli. notatur, de*

k treug

*treuga, & pace. c. j. & l. fin. ff. de legationibus.* Vide Ciceronem *quoq; pulchrè in officijs differentem de hoc*: Nempe *fidem hosti esse seruandam probat: adducens ad hoc exemplum* Marci Attilij Reguli.

Hostes *dicuntur quibus populus olim* Romanus *bellum publicè decreuit, uel ipsi populo* Romano: *cæteri latrones, aut prædones sunt.* Pomponius *in l. hostes. ff. de uerbor. signific. l. hostes. ff. de capti. & postlimini. reuers.*

Hostes *quos nos nunc appellamus, eos ueteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Caius in l. quos nos. ff. de uerb. signifi.*

Hostium *numero habendus est, qui malo consilio & proditoris animo patriam relinquit, aut eam infestat.* Paulus *in l. postliminium. §. transfugæ. ff. de cap. & post. reu.*

Hostes *hodie censendi sunt depopulatores agrorum.* Aduersus *quos publicum legis autoritate à quolibet suscipi potest bellum. l. j. & l. ij.* C. *quemadmod. licet unicuiq;.*

Hostium *ac bellorum materiam uide latius* xxiij. *quæst. j. ij. iij. & iiij.*

Humanitatis *ratio habenda est. l. si cui. in fin. ff.* Ex *quibus cauf. maius. integr.* Vlpianus: *Planè si infirmitate impeditus, continuare iter non potuit: habebitur ratio humanitatis, sicuti haberi solet & hyemis, & nauigationis, & cæterorum, quæ casu contingunt.*

Humana *natura facilè labitur ad delicta.* Nouell. *de monarch. §. si uerò.* Constit. v.

Humanum *est peccare: diabolicū perseuerare.* Not. *in l. consentaneū.* C. *quom. & quand. iud.* Vide, Peccare.

I

IActare *suum nemo præsumitur. l. cum de indebito. §. sin uerò. ff. de probationibus, & præsumptionibus. l. si ue*

*si uerò non remunerandi. §. si adolescens. ff. mandat.* Vide, Præsumitur.

Idem *est de his quæ non sunt, & quæ non adparent. ff. de contrahend. empt. & uenditio.*

Idonei *ad ordines magistratuum, & re, & uita honesta, non natiuitate censentur. Idem de alijs dicendum est officijs. l. generaliter. §. spurios. ff. de decurion. & fili. eor.*

Ignorantia *ficta, neminem excusat. l. si liberti. C. de bon. libert. Valens & Valent. Si liberti conniuentibus patronis consortium cum ancillis colonis'ue elegerunt: sciant illi se deinceps commoda patronatus amissuros.*

Ignorantia *iusta & probabilis dat excusationem. Institut. de mandat. §. rectè quoque. in fin. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decedisse, executus fueris mandatum: posse te agere mandati actione. Alioqui iusta & probabilis ignorantia damnum adferret.*

Ignorantia *in facto alieno excusat. Vide,* Error.

Ignorantia *est cunctorum errorum mater. distinct. xxxviij. c. ignorantia.*

Ignorantia *peccatum excusat. l. quicunque. C. de seru. fugiti. Constantinus: Quod si seruus ingenuum se esse mentitus, sub mercede apud aliquem fuerit: nihil is, qui eum habuit, poterit incusari.*

*L. in omni. ff. de iur. & fact. ign. Neratius: In omni parte error in iure non eodem loco, quo facti ignorantia haberi debebit: cùm ius finitum esse & possit & debeat: facti interpretatio plerunq; etiam prudentissimos fallat.*

*L. si quis in tantam. C. unde ui. Hic textus loquitur de illo qui ignorans alienam possessionem inuasit: nullo excusandus modo.*

Ignoranti *non autem scienti parcitur. l. si fideiussor. in princip. ff. mandat. Caius: Vbi uerò ignorauit, nihil est quod ei imputetur.*

*L. si fundum. C. de euictionib. Diocletia. & Maxim. Si fundum sciens alienum uel obligatum comparauit Athenocles, nec quicquam de euictione conuenit: quod eo nomine dedit, contra iuris poscit rationem. Nam si ignorans: desiderio tuo iuris forma negantis hoc reddi refragatur.*

Ignorantia *præsumitur, nisi scientia probetur. l. uerius. ff. de probationib. Martianus: Verius esse existimo: ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, scisse defunctum alienam se rem uel obligatam legare: non hæredem probare oportere, ignorasse alienam rem uel obligatam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. l. si legibus. C. de episco. aud. l. super seruis. C. qui milita. poss. uel non. c. præsumitur. de reg. iur. lib. vj. l. cum de indebito. §. qui. ff. eod. tit. Paulus: Et ideò eum qui dicit indebitas soluisse: compelli ad probationes, quod per dolum accipientis, uel aliquam iustam ignorãtiæ causam indebitum ab eo solutum sit: & nisi ostenderit nullam eum repitionem habere. c. ad audientiam. & c. fin. de rescript.*

Ignorans *regulariter de uitio non tenetur. l. Iulianus. §. qui furem. ff. de act. empt. & uend.*

Illud *censemur posse, quod commodè possumus. l. nepos. in fin. ff. de uerb. signific. Insti. de inutilib. stipul. §. fin. xxij. q. ij. c. faciat homo.*

Illa *quæ ad unum finem tendunt, non debent contraria operari.* Vide, Finem.

Impedimenta *duo, plus obstant quàm unum. Et duæ rationes plus operantur, quàm una. Et duo uincula fortiora sunt uno. Insti. de adoptionib. §. sed hodie. & l. di-*

*scretis*

*ſcretis.C.qui teſtament.fac. poſ.* Nouell. *De conſanguin.& uterin fratrib.*§.j.Conſtit. LXXXIIII. *Niſi tamen una ratio melior ſit duabus.*

L. Patre *furioſo. ff. de his qui ſui uel alie.& l. nam. ff. eod.titu.* Ratio *eſt: quia multa impediunt contrahenda; quæ non dirimunt contracta.* Simile *eſt in l. furor. ff. de ſponſalib.*

Impeditur *facilius acquirendum, quàm tollitur iam quæſitum.l.patre furioſo.ff.dict.titu.* Nam *licet furioſus nuptias contrahere non poßit: retinet tamen contractas. l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de recept.*

Impedimentum *naturæ fortius eſt quàm accidentis.*Inſtit.*de adoptionib.§.ſed & illud.*

Impedimentum *præſtare nõ poteſt, quod iure non ſortitur effectum. l.pactum.* C.*de collationib. l.ſi quis. ff.de hæredib.inſtituend.*

Impedimenti *cauſa ceſſante, ceſſat impedimentum.l.liberorum. in princip. ff. de his qui notant. infamia.l. ſi chorus.§.fi.ff.de leg. iij.* Area *legata ſi inædificata medio tempore fuerit, ac rurſus area facta ſit: quanquam tunc peti non poterat, nunc tamen debetur.l.ij. ff.de minorib. l. j.§. ſexum.ff.de poſtul.*

Impedimentum *ceſſat ſublata eius cauſa. l. penult. ff.de diuort.& repud.*

Imperare *ſibi ipſi neque prohibere quiſquam poteſt de his, quæ ad diuerſa pertinent officia. l. penult. ff. de recept.* Si *de re ſua quis arbiter factus ſit, ſententiam dicere non poteſt: quia ſe facere iuberet, aut parère prohiberet.* Neque *autem imperare ſibi, neque prohibere quiſquam poteſt.*

Imperat *honeſtißimè, qui ſuis adfectibus legem impo-*

*nit. Victor est gloriosus, qui prauitatem suam superat.*

Impensæ *uerbo Ofilius negat pretium significari, sed eos duntaxat sumptus, quos in eum postea, quàm emptus esset, fecisset.* Iabolenus *in l. quibus diebus. ff. de conditionib. & demonstrationib.*

Impendia *modica non sunt curanda. Caius in l. in rebus. § sed & id. ff. commod.*

Impendia *aliquando frustra fieri melius est, quàm denegari alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est.* Vlpianus *l. j. §. sed & si incertum. ff. de uent. in poss. mittend.*

Imperator *est lex animata in terris.* Nouell. *de consulib. §. omnibus. in fi.* Et, Nouell. *de incest. & nefar. nupt. §. tandem.* Constit. XII.

Imperator *est dominus totius mundi. l.* A ξιώσις. *ff. ad leg.* Rhodiam. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, *hoc est,* Ego *quidem mundi dominus. l. bene à* Zenone. C. *de quadrien. præscriptio.* Q*uæ enim differentia introducitur: cum omnia principis esse intelligantur?*

Imperator *censetur quidem mundi dominus: non tamen eatenus, ut possit contra ius uel utilitatem publicam passim sine causa mandare. l. digna uox.* C. *de legib. l. ulti.* C. *si contra ius uel utilitat. publi. l. si quando.* C. *de inoffic. testamen.*

*Porrò, cum lex sit ordinatio* Dei: Roma. *xiij. utique est plenissima, nec habet supra se ullam perfectionem. Proinde, non potest* Imperatoris *dici aut cogitari maior plenitudo, quàm ex obseruatione legum.* Et *qui potestatem ei tribuunt secundum ius: hi maximam ponunt autoritatem: alij uerò detrahunt illi per nimiam licentiam.*

*Maximis enim & nunquam interituris laudibus prædica*

*dicatur dictum* Traiani Imperatoris *optimi. Nam is præfecto prætorio ensem, illius magistratus insigne tradens:* Accipe(inquit)*hunc ensem: & si bene ego* Reipub. *imperauero, pro me: sin minus, contra me utaris uolo.*

*Nec dicto huius tam Augusti principis animus abfuit, qui rerum omnium sic potitus est, ut iuris religione potius, quàm armis* Imperij *Maiestatem conseruaret posteritati. Quam ob rem omnibus subditis ex æquo charus, tandem moriens immortale suum desiderium reliquit.*

*Et profectò, in* Romana Monarchia *qui bonis* Imperatoribus *adnumerantur: hi summo semper studio curarunt, ut uerè Augusti essent, hoc est, religiosa quadam obseruatione digni &* Imperio *feliciter destinati à* Deo *conseruandæ iustitiæ gratia. Qua ratione etiam appellantur sanctissimi, in l.*Titia.*§.*Lucius.*ff.de legat.ij.l.j.in princ. C.de uete. iur.enuclean. Et sacerdotes appellantur in l. j. §. j. ff. de iusti.& iur.*

*Siquidem nulla uox dignior est Maiestate regnantis, quàm legibus alligatum se principem profiteri, hoc est,* Agnoscere *autoritatem suã pendere ex autoritate iuris, neq; ullum potuisse constitui* Imperium, *nisi ius antea fuisset.* Et *reuera, maius* Imperio *est, submittere legibus principatum: ne quis inde calumnietur, quasi* Imperium *deminuatur redactum in ordinem iuris. l. digna uox.* C. *de legib.* Leges *autem intelligi oportet, constantes & finitas: non autem desultorias* Commentatorum *altercationes, in* Proœ. *Pandectarum semel atque iterum prohibitas.*

*Itaque* Imperator *est mundi dominus: quantum ad iustitiam pertinet conseruandam: ut præcipiat omnibus honesta, uetet turpia, puniat delinquentes.* Nam *ad hoc* Populus Romanus *ei & in eum omne suum* Imperium *&*

*potestatem contulit. l. ij. §. nouissimè. ff. de orig. iur. l. j. in prin. ff. de const. princ. Testatur Iustinianus in procemuum. Instit. & Nouella. de præsid. Pisidiæ. in princip. Constitut.* XXIII. *Non autem dominus est iustitiæ & legis in uniuersum.*

*Quod autem Imperator aliquando tollit legem, aut decernit contra legem particularem, ideò fit: quoniam alia lex uel ratio melior & Reipublicæ utilior id suadet. Et sic utique censetur fieri autoritate legis. Nam princeps hoc facit: non quasi legem uniuersaliter, sed uelut dispensator legum.*

*Ex quibus omnibus consequitur: Imperatorem neque posse neque uelle, alicui priuato ius suum auferre sine legitima causa, multò minus Reipublicæ. l. toties. §. fi. ff. de pollicitat. l. j. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flu. publ. l. ij. ff. ne quid in loc. uel iti. publ. Si quis (ait Vlpianus) à principe simpliciter impetrauerit, ut in publico ædificet: non est concedendum sic ædificare, ut cum incommodo alicuius id fiat. In summa, Diuini & Humani iuris perpetua est sententia, Nulla potestate Mundana constitui aliquid sine causa legitima posse contra ius, uel utilitatem publicam. l. si quis sepulcrum. in princ. ff. de relig. & sumpt fun.*

Imperſonalitas *uitiat contractum. Nouella. Vt cùm de appellationibus. §. ad hæc aliud. Constit.* CXV. *Sin autem dixerit* Satisfiet, *uerbo imperſonaliter prolato, non tenebitur.*

Impoſsibilium *nulla obligatio est. Marcellus in l. impoßibilium. ff. de reg. iur. Instit. de inutilib. stipulat. §. si impoßibilis. l. si stipuler. in princ. ff. de uerb. obligat. Paulus: Si stipuler, ut fiat, quod natura fieri non concedit: non magis obligatio consistit, quàm cùm stipulor, ut id detur, quod* dari

dari non potest.l.Meuius.§.j.ff.de conditio. & demonstra. & Instit.de his qui sui uel alien.iur.§.expedit.

Imposibilia, uel ea quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur. Vlpian.l.ea quæ.ff.de reg.iur.

Imposibile allegans, non auditur.l.cōfeßionibus.ff. de interrog.& l.unde Neratius.§.fin.ff.ad le. Aquil.

Importunitas petentium facit ut multa concedantur, quæ aliàs non concederentur.l.j.C.de petitionib.bonor. sublat. Sed quoniam plerunq; ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus: nè rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur.

Improbat is, qui non probat: Et è contrario, probat, qui non improbat.l.si filiusfam.ff.ad senatusconf. Maced.

Improbus uideri non potest, qui ignorat quantùm soluere debeat. Venuleius in l.non potest.ff.de reg.iur.

Improbus is dicitur, qui de uiuentis hæreditate solicitus est.l.ij.§.interdum.ff.de uulgar. & pupilla. substit. Vlpianus: Improbum esse Iulianus existimat eum, qui solicitus sit de uiui hæreditate. eyn uerzre eisilt angst bose roetcht. Tam scelerata enim cogitatione aduersus tria peccat naturæ præcepta, Hoc est, Furatur, occidit, & insidiatur, quantum in eo est.

Imputari mihi non debet, quod per me non stat quo minus fiat.l.sed addes.in fin.ff.loc.& cond. Cùm per te non stetisse proponas.l.si ideo.C.de his quibus ut indig. Alexāder: Si ideo ultio necis testatoris est desiderata, quia cædis autores reperiri non potuerint: obesse hæredibus ex quo nulla eorum culpa detegitur, non oportet.

Imputari mihi debet, quod per me stat. l.hæc uenditio.§.j.ff.de contrah.emptio.

Imputari ei debet, qui non satis idoneum elegit. l.cum mandatu.in fin.ff.de minoribus.Paulus: Ergo si procuratorio nomine minor circunscriptus sit: imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia, idq; & Marcello placet.

Imputatur ei,qui se ponit in pericula.l.item Mela. in princip.ff.ad leg.Aquil.Vlpianus:Et sané si ibi tondebat, ubi ex consuetudine ludebatur, uel ubi transitus frequens erat:est quòd ei imputetur. Quamuis nec illud malé dicatur, si in loco periculoso sellam habenti tonsori, se quis cõmiserit,ipsum de se queri debere.

Imputari nõ debet ei, qui facere quidem uoluit, sed facere non poterat.l.pecuniæ.& l.cùm quidam.ff.de usur.

Impunitum esse debet quod ex leuitate procedit sine damno proximi.l.j.C.si quis Imperatori maledixer.l. quicquid calore.ff.de reg.iur.Paulus: Quicquid calore iracundiæ uel fit, uel dicitur:non prius ratum est,quàm si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse. Ideoq; breui reuersa uxor, nec diuertisse uidetur.

Impunitas audaciam tribuit delinquendi. l.si quis seruo.C.de furt.

Incertus qui est de statu suo,certam legem testamento dicere non potest.l.de statu.ff.qui testament.fac.poss. Vlpianus:De statu suo dubitantes uel certantes, testamentum facere non possunt,ut Diuus Pius rescripsit.

Incertitudo uitiat actum.l.idem Pomponius. ff. de rei uendicatio.& Instit.de legat.§.incertis.

Incipi quid ab eo quo finiri debet,absurdũ est.l.quod sponsæ.C.de donatio.ante nupt. Gratianus: Quod sponsæ ea lege donatur, ut tunc dominium eius adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ,sine effectu est.

Inciuile

Inciuile *est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, iudicare uel respondere. Celsus in l. inciuile. ff. de legibus.*

Inconuenienti *uno dato, sequuntur plura.* Nouel. *Vt Præsid. obsq. ull. datio. §. an uerò.* Constitut. VIII. *Vide,* Malo uno.

Incontinenti *quæ fiunt, inesse uidentur. l. petens. C. de pact.* Petens *ex stipulatione, quæ placiti seruandi causa secuta est: seu antecessit pactum, seu post pactum statim interposita sit: rectè secundum se ferri sententiam postulat. l. lecta. ff. si cert. pet. cond.*

Inconstantia *nõnunquam toleratur, quæ neminem lædat. l. si sterilis. §. quid domum. ff. de actionibus empt. & uend.* Paulus: *Trebatius ait, mutandæ uoluntatis potestatem eum habere.*

*L. in causæ. in princip. ff. de procuratoribus.* Vlpianus. *Cæterum si uelit damnum relinquere: iustè procurator hãc inconstantiam recusabit.*

Indefinita *æquipollet uniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. ij. & l. cum aurum. ff. de auro arg. mund. c. ex parte. de offic. deleg. & c. pastoralis. de donatio.*

Indignus *qui est inferiore ordine, multò indignior est superiore.* Pomponius *in l. qui indignus. ff. de senatorib.*

Infans *dicitur minor septem annis. l. si infanti. in prin. C. de iure deliber.* Si *infanti, id est, minori septem annis.*

Infantem *tuetur innocentia. l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Modestinus: *Infans, uel furiosus, si hominẽ occiderit, legis Corneliæ non tenetur: cùm alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati infelicitas excusat.*

Infames *non debent esse aduocati seu procuratores. l. j. ff. de offic. adsesso. & l. sed & milites. §. sed. ignominia.*

ff. de

*ff.de excusationibus tutor.*

Infamis *potest esse procurator iure ciuili. Institut.de exception.§.fin.*

Infinitum *in iure reprobatur.l.fin.C.de sacrosanct. eccle.Iustinianus:Et nobis quidem cordi erat,nullis temporum metis huiusmodi actiones circuncludi:sed ne uideamur in infinitum hanc extendere,longissimũ uitæ hominis tempus eligimus.c.cum in multis.de rescrip.lib.vj.*

*L.uideamus.§.iurare.ff.de in litem iur.Vlpianus: Iurare autem in infinitum licet.Sed an iudex modum iureiurando statuere possit,ut intra certam quantitatem iuretur: ne arrepta occasione in immensum iuretur,quæro?*

Infirmitas *animi,malorum mores,non excusat.l.j.in princ.C.si aduers.delict.Seuerus & Antoninus: In criminibus quidem ætati suffragio minores non iuuantur. Etenim malorum mores,infirmitas animi non excusat.*

Ingenuus *est is,qui statim,ut natus est, liber est:siue ex duobus ingenuis matrimonio editus est,siue ex libertinis duobus,siue ex altero libertino altero ingenuo.Institut.de inge.in princ.Et l.& seruorum.ff.de stat.homi.*

Ingenui *sunt,qui ex matre libera nati sunt. d. l. & seruorum.§.ingenui.*

Ingratitudo *est prima causa feudi amittendi. Titu. Quæ fuit prim.caus.feud.amittend.*

Inhumanum *est,à nemine accipere: sed passim,uilissimum est:& per omnia auarissimũ.l.solet.§.quantum ad xenia.ff.de offic.Proconsul.& legati.Vlpianus:Quantum ad xenia pertinet audi quid sentimus: uetus prouerbium est:* οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. *id est, neq; omnia,neq; quouis tempore,neq; ab omnibus.*

Initium *cuiusque rei spectandum est. l. quid ergo.in princ.*

*princ.ff.de his qui notant.infa.* Vlpianus: *Quid ergo, si non ducere passus, posteaquàm duxit, ratum habuerit? ut puta initio ignorauit talem esse, postea scit? nō notabitur.* Praetor *enim ad initium nuptiarum se retulit.*

Initio *inualidum tractu temporis conualescit. l.adoptio.ff.de adoptionibus.* Marcellus: Adoptio non iure *facta, à principe confirmari potest.l.ij.* C. *si maior fact. rat.hab.* Diocletia. *&* Maximianus: *Qui post uicesimumquintum annum aetatis, ea, quae in minore aetate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescisionem postulant.*

L.*quod initio ff.de rugul.iur.* Paulus: *Quod initio uitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.* Et Insti.*de inutil.lib.stipulationib.* Item contra: *licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit: si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus suprà dictum est, sine facto promissoris deuenerit: extinguitur stipulatio.*

Inimicus *meus is etiam est, qui uersatur cum inimicis meis.l.liberi.§.fin.C.de inoffic.testa.* Constantinus: *Si tamen mater inhonestis factis & indecentibus machinationibus filium fortè obsedit, insidijsq; eum clandestinis uel manifestis appetijt, uel inimicis eius suas amicitias copulauit, atq; in alijs sic uersata est, ut inimica eius potius quàm mater crederetur: hoc probato etiam inuita adquiescat filij uoluntati.* Et *econtrario: mater excludere siue exhaeredare potest filium.c.cùm oportet.de accusat.*

Iniuriam *fecisse dici non potest animal quod sensu caret.l.j.in princ.ff.si quadrup.paup.fecis.dicat.* Vlpianus: Pauperies *est damnum sine iniuria facientis datū.* Nec enim *potest dici animal iniuriam fecisse, quod sensu caret.* Et Insti. *eod.tit.§.pauperies.*

Iniuriam *nemini facit, qui iure suo utitur.l.nullus. ff.de*

*ff.de reg.iur.Scæuola.Nullus uidetur dolo facere, qui iure suo utitur.*

L.*iniuriarum.§.is qui.ff.de iniurijs.*Vlpianus:Is, qui iure publico utitur, non uidetur iniuriæ faciendæ causa hoc facere.Iuris enim executio non habet iniuriam.

L.*j.§.ijdem.ff.de aq.& aq.plu. arcend.*Vlpianus:Iidem aiunt, aquam pluuiam in suo retinere, uel superfluentem ex uicini in suum deriuare, dum opus in altero non fiat, omnibus ius esse.Prodesse enim sibi unumquenq; dum alij non noceat, non prohiberi: nec quenquam eo nomine teneri. Pulchrè Cicero lib.offic.j.Nec enim(inquit) rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugienda semper iniuria.c.cum Ecclesia.de electio.

Iniuria *quæ emptori fit, autorem non debet contingere.*Vlpian.*in l.si per imprudentiam.ff.de euictio.*

Iniuriæ *inde nasci non debent, unde iura nascuntur. l.meminerint cuncti.in princip.C.unde ui.* Ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde iura nascuntur. Et de accusa.c. qualiter & quando.

In nomine *Domini, quid significet,* Commentatores ne attingunt quidem in l.in nomine. C. de offic. Præfect. Afric.Nobis autem inculcare debent: Ius à iustitia: & iustitiam à Deo descendisse. l.j.in princip.ff.de iustit.& iur. Romano.xiij.

Institores *uocantur, qui negotiationibus præponuntur.*Inst.Quod cum eo.§.ideo autem.

Institutio *& substitutio non habent locum in codicillis.l.non codicillum.C.de testa.* Diocletianus, & Maximianus:Non codicillum, sed testamentum auiam uestram facere uoluisse, institutio & exhæredatio facta probant euidenter.§.codicillorum.Instit.de codicil.

Insp

Inspiciendum *est quod euenire potest. Insti.de rer. diuis.§.illud quæsitū est.l.inter stipulantem.§.sacramenta.ff. de uerb.oblig.& Instit.de inutilib.stipul.in princ.*

Instrumentum, *hoc est, ipsum originale probat: non autē fit probatio rescriptorū per exempla.l.sancimus. C.de diuers.rescript.*Diocletianus, *&* Maximianus: *Sancimus, ut authentica ipsa atq; originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta,non exempla eorum insinuentur.*

Interdictum *unde ui requirit uiolentiam.l.fina.in princ.C.unde ui.*

Interdicta *omnia,licet in rem uideantur concepta,ui tamen ipsa personalia sunt.*Vlpianus *in l.j.ff.de interd.*

Interdictorum *quædam animalia sunt: Quædam perpetua.l.j.ff.eod.tit.*

Interdicta *noxalia ea sunt, quæ ob delictum eorum, quos in potestate habemus,dantur:ueluti,cùm ui deiecerūt, aut ui,aut clàm opus fecerunt.l.fin.ff.eod.tit.*

Inter si,& cum,*non semper est differentia.l. quodcunq;.in fi.ff.de uerb.oblig.*Vlpianus: Nam *sicuti inter hæc nihil interest,* Si ueneris,*aut* cùm ueneris: *ita & ibi nihil interest,*Si morieris,*aut* cùm morieris.

L.*qui promisit.ff.de condict.indeb.Celsus:Qui promisit,si aliquid à se factum sit,uel cùm aliquid factum sit, dare se decem:si prius,quàm id factum fuerit, quod promisit, dederit: non uidebitur fecisse quod promisit, atque ideo repetere potest.*

L.*fideicommissa.§.si fideicommissum.ff.de lega.iij.& l: centesimis calendis.in fi.ff.de uerbor.obligation.l.ex his.C. quand.dies legat.ced.& l.quibus diebus.ff.de conditionib. & demonstrattionib.*

Interrogari *de conscientia aliena nemo debet.* Vide, Confeßi.

Confeſsi.

Inteſtatus *eſt qui aut omnino teſtamentum nõ fecit: aut non iure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum irritum'ue factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.* Inſtit. *de hæreditatib. quæ ab inteſtat. in princip.*

Inteſtatorum *hæreditates, ex lege* XII. *tab. primum ad ſuos hæredes pertinent.* Inſtit. Ibidem.

Inteſtatum *uideri aliquem pro parte: aliquo caſu non eſt abſurdum. l. nam & ſi parentibus. in fin. ff de inoffi. teſtament.* Papinianus: Nec *abſurdum uidetur, pro parte inteſtatum uideri.*

*Inſtit. de hæredib. inſtit.* §. *non autem utiq;.* Neque *enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt: niſi ſit miles, cuius ſola uoluntas in teſtando ſpectatur. l. cum duobus.* C. *de inoffic. teſtament.*

Inuidia *reprobatur.* Inſtitut. *de leg. fuſ. canin. tollend. in princip.*

Inuidia *inter pares regnat. l. item ſi.* §. *eum qui. ff. quod met. cauſ.*

Inuitus *nemo cogitur defendere.* Vlpianus *in l. inuitus. ff. de reg. iur.*

Inuitus *nemo agere cogitur uel accuſare.* C. *ut nemo inuitus.*

Inuito *beneficium non datur. l. beneficium. ff. de reg. iur.* Vide, Beneficium.

Ira *impedit animi iudicium.* Notatur, Nouel. *de appellationib.* §. *de cætero.* Conſtit. XCIII.

Iracundia *excuſat à culpa.* Notatur, *l. iij. ff. de diuor. & repud.* Paulus: *Diuortium non eſt, niſi uerum, quod animo perpetuam conſtituendi diuiſionem fit:* Itaq; *quidquid in calore iracundiæ uel fit, uel dicitur: non ratum eſt*

prius,

*prius, quàm perseuerantia apparuit, iudicium animi fuisse. Item minuit delictum. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. & l. j. C. de abolitionib. Item contractum rescindit. l. locatio. in princip. ff. de public. & uectig. l. & si non conuicij. §. si in rixam. C. de iniur.*

In rebus *nouis constituendis euidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod iam diu æquum uisum est. l. in rebus ff. de constitutionib. princip.*

Iudex *nemo potest esse in propria causa. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. Vlpian. Qui iurisdictioni præest: neq; sibi ius dicere debet, neque uxori, uel liberis suis, uel cæteris quos secum habet.*

*L. penult. ff. de recept. Martia. Si de re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere non potest: quia se facere iuberet, aut parére prohiberet. Neque enim imperare sibi neque prohibere quisquam potest. Et tit. C. ne quis in sua causa iudicet.*

*L. extat. §. quisquis. ff. quod met. caus. Callistratus. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris, non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice temere poßidere, uel accepisse, sibiq; ius in eam rem dixisse: ius crēditi non habebit. Idem est quod Dominus iubet, Deuter. cap. xxiiij. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi: non ingredieris domum eius, ut pignus auferas. l. si libertus ita iurauerit. ff. de operis libertor. l. nec emptio, nec uenditio. ff. de contrah. empt. & uend. l. j. ff. de confess. Paulus. Confessus pro iudicato est: quia quodammodo sua sententia damnatur.*

Iudicem *aliquem esse suæ rei iniquum est. l. Iulian. in fin. ff. de iudic.*

Iudex *quæ certò non scit, debet iudicare secundum*

allegata & probata.l.illicitas.§.ueritas.ff.de offi.præsid.c. sacerdos.de offi.ordi.

Iudex nõ habet duplicem conscientiam, sed unam à Deo inditam, cuius certitudinem debet iudicando sequi.l.eadem.ff. de feri. Vide, Oldendorp. De iure & æquitate.

Iudex debet sententiam proferre in scriptis.l.fin.C.de sentent. ex breuic. recitand. Statutis generalibus iußimus, ut uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouincijs permisimus facultatem, cognitis causis, ultimas definitiones de scripti recitatione proferant.

Iudex non debet esse mitior lege. Nouell. De iudicib. §.ut autem. Constit. LXXXII. Vt si iudex uictori iuramentum de expensis deferat, ad quantitatem scilicet, quæ moderata illi uidetur, quam leges taxationem uocant, deinde ille ita deierauerit, ne licentiam habeat iudex in minorem summam, quàm deieratum est, condemnare. Neq; humanior uideri uelit, quàm lex, quæ ista constituit.

Iudex potest suum errorem corrigere si malè sit interlocutus.l.quod iußit.ff.de re iudic. Celsus. Quod iußit, uetuit'ue prætor, contrario Imperio tollere & remittere potest: sed de sententijs contra. De appellat.c.cùm cessante. De accus.c.qualiter & quando. Vide, Errorem suum.

Iudex non debet aliquem sine causa citare uel accusare. l.cum hi.ff.de transactionib.

Iudex debet æquitatem habere ante oculos.l.quod si Ephesi.in fi.ff.de eo quod cert.loc. Vide, Aequitatem.

Iudex debet omninò inquirere ueritatem. l. ij. C. de eden. Seuerus: Is apud quem res agitur, acta publica, tam ciuilia, quàm criminalia, exhiberi inspicienda ad inuestigandam ueritatis fidem iubebit.

Iudex à litigatoribus anteq; quàm lis inchoëtur recusari

*cusari potest.l.apertißimi.C.de iudi.in prin.Iustinian.Apertißimi iuris est,litigatoribus iudices, ante quàm lis inchoëtur,recusare:cùm etiam ex generalibus formis sublimißimæ tuæ sedis statutum est.*

Iudicem *qui recusant, sunt compellendi ut eligant arbitros.d.l.apertißimi.Neceßitatem imponi iudice recusato partibus ad eligendos arbitros uenire,& sub audientia eorum sua iura proponere.*

Iudicis *seu magistratus interest, subiectos habere locupletes.* Nouell. Vt *præsid. absq. ull. datio. §.* Tametsi *enim.* Constit.VIII.

Iudex *non potest suos subditos compellere ut in eum compromittant.l.sed si in seruum.§.si quis.ff. de recept.* Vlpianus: *Si quis iudex sit: arbitrium recipere eiusdem rei, de quo iudex est, inue se compromitti iubere, prohibetur lege* Iulia:*& si sententiam dixerit,nō est danda pœnæ persecutio.*

Iudex *semel functus suo officio,siue bene siue male:non potest amplius fungi.l.iudex.ff.de re iud.*Vlpian.*Iudex postcà,quàm semel dixit sententiam,iudex esse desinit.* Et *hoc iure utimur: ut iudex, qui semel, uel pluris, uel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit.* Semel *enim malè seu bene functus est officio.*Vnde Cicero *Verri criminosè obijcit, quòd sua decreta subinde mutaret.*Huc *etiā spectat quoddam memorabile exemplum, quod de* Philippo *refert* Plutarchus *in* Apoph.

Iudices *ea, quæ rarò fiunt,reputant miraculum.* Nouell. De *consulib.§.à* Marliano. Constit.CV.

Iudex *de qua re cognouit,de ea pronunciare quoq; cogendus est.l.de qua re.ff.de iudic.*

Iudex *qui usque ad certam summam iudicare iussus est:*

*est: etiam de maiore re iudicare potest, si inter litigatores conueniat. Ibid.*

Iudicis *autoritate qui possidet, iustè possidet. l. iustè. ff. de adquirend. possess.*

Iudicis *recti & constantis non est, animi motum uultu detegere. l. obseruandum. ff. de offic. præsid. Callistratus: sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat: neque precibus calamitosorum inlacrymari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motum uultus detegit. Et summatim, ita ius reddere debet, ut autoritatem dignitati ingenio suo augeat.*

Iudicis *boni interest lites dirimi. l. properandum. in princip. C. de iud. & l. quidam. ff. si certum petatur. Vide,* Boni iudicis.

Iudex *non podest mutare pœnam à lege statutam. l. fi. C. ne sanct. bapt. ite. Theodos. & Valent. Quæ omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coërcitioni mandare: nisi ipse idem pati uelit, quod alijs dissimulando concesserit.*

Iudex *is dari non debet, quem altera pars nominatim petit. Id enim iniqui exempli esse Diuus Hadrianus rescripsit. Nisi hoc specialiter à principe, ad uerecundiam petiti iudicis respiciente, permittatur. Callistratus, l. obseruandum. ff. de iud.*

Iudices *& alij proceres debent largè de rebus suis distribuere, & præsertim ecclesijs. Nouell. de non alien. aut permu. reb. eccles. §. quid enim causetur. Const. v 1 1.*

Iudex *quilibet potest de qualibet causa cognoscere: quia eius officium est latissimum, l. ubi non adparet. §. j. ff. de uerb. oblig. l. ij. ff. de iurisdict.*

Iudex

Iudex *uel prætor cùm non iure contra quem pronuntiat, iniuriam fecisse dicitur. instit. de iniur. in princip. l. si per imprudentiam. in princip. ff. de euict.*

Iudæis *circuncidere olim filios suos* Rescripto Diui Pij *permittebatur.* Modestinus *in l. circuncidere. ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

Iudicium *redditur in inuitum. l. si inter stipulantem. §. si Stichũ. ff. de uerb. oblig.* Paulus: *Nam stipulatio ex utriusq; consensu ualet: iudicium etiam in inuitum redditur.*

Iudicium *familiæ erciscundæ non amplius quàm semel intendi potest.* Vlpianus *in l. si filius. §. famil. erc. ff. famil. ercis. Idq; nihil causa cognita.*

In iudicio *familiæ erciscundæ unusquisque hæredum, & rei & actoris partes sustinet. l. ij. §. in familiæ. ff. eod. tit.*

Iudicium *idem est de loco, & de tempore. l. unum. in fi. ff. si cert. petat.*

Iudicium Episcopi *& officialis eius, idem est. c. ij. de consuetud. lib. vj.*

Iudicio *maioris partis est standum. l. quod maior pars. ff. ad municipal.* Scæuola: *Quod maior pars curiæ efficit, perinde habetur, ac si omnes egerint. l. si per fundum. ff. de seruit. prædio. rust.*

Iudicium *idem est, de his quæ non sunt, & quæ non adparent. l. in lege. ff. de contrah. empt. & uend.* Iabolenus: *Neminem enim nec uendere, nec excipere, quod non sit: & lapidicinas nullas esse, nisi quæ appareant, & cædantur.*

Iudicium *idem est, de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uindic.* Caius: *Quæ de tota re uindicanda dicta sunt, eadem & de parte intelligenda sunt. l. à* Titio *ff. de uerb. oblig.*

*L.naue.ff.de euict.& dupl.* Paulus: *Naue aut domo empta, singula caementa uel tabulae emptae non intelliguntur: ideoq; nec euictionis nomine obligatur uenditor, quasi euicta parte.l.ex mille.in princip.ff.eod.tit.l.fin.ff.in ius uoc.ut eant.* Vlpian. *Qui duos homines in iudicium sisti promisit: si alterum exhibeat, alterum non: ex promißione non uidetur eos stetisse, cùm alter eorum non sit exhibitus.*

Iudicia & arbitria *in multis sunt similia .l.j.ff. de recept.* Paulus: *Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur: & ad finiendas lites pertinet.*

Iudicium *ubi semel incœptum est, ibi & finem accipere debet.* Marcellus *in l.ubi.ff.de iudic.l.cùm quaedam. ff.de iurisd ctio.*

Iudicium *bonum est inspiciendum.* Institut. *de usucap § diuturna.*

Iudicare *nolite ne iudicemini.* Et *qua mensura mensi fueritis, eadem remetictur uobis.* Notatur *in l.rem non nouam.C.de iudic.*

Iuniores *sunt habiliores ad quodcunque artificium, quàm senes.l.praecipiunt.ff. de aedilit'o edicto.l.prouidendum in princ.C.de postulando.* Vide, Difficile est.

Iuramentum *contra bonos mores praestitum nullius est momenti. c. non est obligatorium.* De *regul. iuris lib.vj. &* Nouell. *de iureiur.moriens de mod.§.Sancimus. Constitut.* XLVIII.

Iuramentum *non facit licitum, quod aliàs est illicitum.l. fin.C. de non numerat. pecun.l.si ex falsis. C.de transactionib.* Leo & Anthemius: Si *ex falsis instrumentis transactiones uel pactiones initae fuerint: quamuis iusiurandum interpositum sit: etiam ciuiliter falso reuelato, eos retractari praecipimus.*

*Iuram*

Iuramentum *inter alios factum nec prodest nec nocet alij.l.j.ff.si mulier uent.nomi.in poss.*

Iuramentum *illicitæ rei non ualet.l.iuris gentium.§.si pacifcar.Versic.Et generaliter.ff.de pact.*

Iuramentum *factum in pacto à iure cōmuni remoto,non est obseruandum.l.iurisgentium.§.fi.ff.de pact.*

Iuramentum *in ciuilibus uel criminalibus causis non est admittendum.*Not.in *l.maritus.ff.de pœn.*

*Iuramentum obtinet locum probationis.l.sed & si possessori.in fin.ff.de iureiurand.*Vlpianus:*Perinde haberi,quod iuratum est,atque si probatum esset.*

Iuramentum *pro ueritate accipitur. Ibidem.* Iuramentum *proprium nemo potest uiolare.c. in his. xj. distinct.*Et *c.j.de cleric. non resident.lib. vj.& l.cùm quis decedens.ff.de legat.*I I I.

Iurisdictio *est iudicis dandi licentia.* Vlpianus *in l. iij.ff.de iurisdict.*

Iurisdictio, *est potestas autoritate publica introducta, iurisdicendi & æquitatis statuendæ gratia: quæ si sit ordinaria, territorium exigit, sicut usufructus fundum. Si uerò delegata, tunc potestas ex solo mandato fundatur: nisi sint conseruatores, de quibus in c.ad abolendam. §.final.de hæret.*

Iurisconsulti *ad quæstionem facti non respondent.l. eum,quem temerè.ff.de iudic.* Vlpianus: Iudicibus *de iure dubitantibus,*Præsides *respondere solent: sed de facto consulentibus,non debent præsides consilium impertire: uerùm iubere eos, prout religio suggesserit, sententiam proferre. Hæc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiæ uel ambitionis tribuit.l.iij.§.tu magis.ff.de testib. & l.j.C. de edend.l.arescusa.ff.de stat.homin.*

Ius, *pluribus modis dicitur. Vno modo cùm id, quod semper bonum ac æquum est: ut est ius naturale.* Altero modo, *quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate utile est: ut est ius ciuile.* Paulus in *l. penult. ff. de iust. & iur.*

Ius *honorarium, in ciuitate* Romana *ius dicitur. ff. eod. tit.*

Ius *dicitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo, quod fit, in eo ubi fit. Ibidem.*

Ius Prætor *reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit: relatione scilicet facta non ad id, quod prætor ita facit, sed ad illud, quod prætorem facere conuenit. ff. ibidem.*

Ius *est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet. l. j. ff. de iust. & iure.* Eos *uerè (inquit* Esaias) *sacra facere qui iustitiam colunt. cap. j.*

Ius *est publicum aut priuatum. l. j. ff. eod. tit.*

Ius *publicum est, quod ad statum rei* Romanæ *spectat. instit. cod. tit. in fin.*

Ius *priuatum est quod ad singulorum pertinet utilitatem. l. j. §. priuatum. ff. eod. tit.*

Ius *publicum in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Ibidem.*

Iure *ciuili multa contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest.* Iulianus *in l. si ita uulneratus. §. multa autem. ff. ad leg.* Aquil.

Ius *naturale est quod natura omnes homines docuit. Instit. de iur. natura. genti. & ciuil. in princip.*

Ius *ciuile est, quod neque in totum à naturali uel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur.* Qui *locus in iure unicus ostendit uerum di-*

*sciplinæ.*

*ſciplinæ ciuilis ingreſſum.*

Ius *ciuile eſt quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatus conſultis, decretis principum, autoritate prudentium uenit. l. ius autem. ff. eod tit.*

Ius *gentium eſt, quo gentes humanæ utuntur. l. j. in fin. ff. eod tit.*

Ius *naturale eſt immutabile. inſtit. de iur. nat. gen. & ci. §. ſed naturalia. & §. iure enim nat. inſtit. eod tit.*

Ius *naturale, ciuilis ratio corrumpere non poteſt. inſtit. de legit. adgnat. tutel. in fin. inſtit. de capit. demi. §. cùm autem.*

Iure *naturali omnes homines liberi naſcebantur. l. manumißiones. ff. de iuſt. & iur. & inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. §. iure enim naturali.*

Ius *prætorium eſt, quod prætores introduxerunt adiuuandi, uel ſupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam: quod & Honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum. Papinianus in l. ius autem. ff. de iuſti. & iur.*

Ius *Honorarium uiua uox iuris ciuilis eſt. Martianus in l. nam & ipſum. ff. eod. tit.*

Ius *eſt res ſanctißima: quia eius præcepta concordant cum diuinis. l. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de iuſti. & iur.*

Iuris *præcepta ſunt hæc: honeſtè uiuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. Vlpianus in d. l. iuſtitia. & inſtit. eod. tit. §. iuris.*

Iuris *nomen, Hoc eſt, ius, à iuſtitia deſcendit. l. j. in princip. ff. eod. tit.*

Ius *nonnunquam pro neceßitudine dicimus: ueluti eſt ius cognationis uel adfinitatis. Martian. in l. fin. ff. eod. tit.*

Ius *autem omne conſiſtit aut in adquirendo, aut in conſeruan*

*seruando, aut in minuendo.* Vlpia. *in l.fi.ff.de legib.*

Ius *publicum pactis priuatorum mutari non potest.* Papinianus *in l.ius publicum.ff.de pact.*

Ius *commune difficilius tollitur, quàm speciale.* Ratio *est.* Quia *difficilius & maiori deliberationis pondere introducitur.l.eius militis.§ militia ff.de mil.test.* Papin. Alioquin *si iure communi ualuit.* Nouell. De *non alienandi.§.sed quia uerius.in fin.* Contest. V I I.

Iure *ex persona actoris, in re utimur.l. non possumus. ff.si cert.petat.*

Ius *suum nemini abstrahi debet.instit.de his qui sui uel alie.iur.in fi.*

Ius *in ciuitate esse parum est, nisi sint, qui iura reddere poßint.* Pomponius *in l.ij.§ post originem.ff.de orig.iur.*

Ius *suum remittentibus non datur amplius regressus.instit.de bono.possessionib.§.si quis itaque.*

Ius *sibi nemo dicere debet.* Vide, Iudex.

Ius, *delicatorum uotis non fauet.l.ut pomum.ff.de seruit.l.si seruas.in fi ff.de pign.act.* Vlpianus: Igitur *hæc à iudice erunt dispicienda: ut neque onerosus creditor audiatur, neque delicatus debitor.l.ij.ff. quibus mod. pig.l. hoc iure utimur.in princ.ff.de aqua quoti. & æsti.* Vlpian. Hoc iure *utimur, ut etiam non ad irrigandum, sed pecoris causa, uel amœnitatis, aqua duci poßit.l.competit.§.si quis.ff. quod ui aut clàm.*

Ius *commune non lædunt, quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur.* Vlp. *in l. quæ dubitationis.ff. de reg.iur.l.qui mutuam.in prin.ff.mandat.*

Ius *speciale, à communi iure recidit.l.j ff.ad municip.*

Ius *offerendi pretium emptoribus, datur proximioribus,*

*bus, infra annum & diem à tempore contractus connumerandum.c.restitutas.de restitutio. in integ.* Leuit. *cap.xxv.* Si inualuerit apud uos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus uendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: post uenditionem eius potest redimi. Qui uoluerit ex fratribus suis redimet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis.*

Ius *naturale uel ius sanguinis non constituitur per adoptionem.l. qui in adoptionem. in princ.ff.de adop.Paulus.* Adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis fert.l. non ep:stolis.in prin.& l.seq.C.de probat.*

Ius *non admittit superuacanea.l.j.§.quibus specialiter. C.de nouo cod.fac.l.si ita quis.in fin ff.de euict.*

Iura *sunt proniora ad soluẽdum, quàm ad obligandum.* Vide, Fauorabiliores.

Iura *duo quando concurrunt in eadem persona: perinde est, ac si concurrerent in diuersis personis.l.Tutorẽ.in fi.ff. de his quæ ut indig.aufer.Triphoninus. Discreta sunt enim iura (quamuis plura in eandem personam deuenerint) aliud tutoris, aliud legatarij.& l. si quis decurio.C. ad leg. Cornel.de fals.*

Iuris *apices non oportet rimari.l. si fideiussor.§.quædam tamen.ff. mand.Vlpianus. De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare: sed de hoc tantum, debitor fuerit, nec ne.l.si ita uulneratus.§.multa autem. ff.ad leg.Aquil.*

Iura *pristina, in pristinum statum sunt restituenda.Paulus in l.& Atilicinius.in fi.ff.de seruit.præd.rust.*

Iure, *nõ ui debitor conueniendus est.l.negantes.C.de actionib.& obl. Diocletia. & Maximia. Negantes debitores non oportet armata ui terreri.*

Iure

Iure *suo utens, nemini facit iniuriam.* Vide, Iniuriam.

Iura *se aptant ad ea quæ frequenter accidunt, non quæ rarò.l.nam ad ea.ff.de legib.Celsus.Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt.*

*Inst. de rer. diuis.§. insula. Insula, quæ in mari nata est (quod rarò accidit) occupantis fit.*

*Iura potiora allegans debet obtinere.l.iij.§.sin autem.C. de edict.diui Had.tollend. Iustinianus. Et ei possessio adquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit: siue qui missus est, siue qui antea detinens contradicendum putauit.*

Iura *sua interdum non perdit qui alij consentit.l. cum quædam.C.de administ.tut.Iustinianus. Siue enim autoritatem suam uel concensum de adeunda hæreditate præstare pupillo aut adulto minimè uoluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur præiudicium. Licet tutor interponat autoritatem uel curator adulto: ius tamen suum curator non perdit.c.Si contingerit.Tit.An agnat.uel fili.*

Iura *intacta seruare melius est, quàm post causam uulneratam remedium quærere.l.j.& l.ij.C. quando unicuique lice.se sine iudi.l.fin.C. in quib. caus. in integ.rest. Iustinianus. Melius etenim est intacta eorum iura seruari, quàm post causam uulneratam remedium quærere.*

Iure *communi quæque procedunt facilius ad effectum, quàm iure speciali l.j.C.de abolitionib.*

Iuri *suo quilibet renuntiare potest, sciens sibi competere, non autem ignorans.l.fi.§.sin autem.C.de furtis. & l.mater.in fi.ff.de inoffici.testa.Paulus. Nec enim, quæ ex testamento adijt, quod putabat ualere: repudiare legitimam hæreditatem uidetur quam nescit sibi deferri: cùm & hi qui*

*bi qui sciant ius suum, eligentes id quod putant sibi competere, non amittant.* Et *l. cum, qui. in princip. ff. eod. tit. l. sub prætextu.* C. *de transactionib. l. tres fratres. ff. de pact. l. fin. ff. eod. tit. l. qui* Romæ. *§. fin. ff. de uerb. obligat.*

Iuri *pro se introducto quilibet renuntiare potest. l. si quis in conscribendo.* C. *de pactis.* Iustinianus. *Quare in hac causa pacta non ualeant: cùm alia sit regula iuris antiqui: omnes licentiam habere, ijs, quæ pro se introducta sunt, renuntiare? Quare autem,* pro se, *tractatur in c.* Si diligenti. De *for. compe.*

Iura *uaria tempore & loco statuuntur.* Notatur *in l. j. in princip. ff. de exercitori actio.*

Iurisprudentia *est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.* Vlpianus *in l.* Iustitia. *ff. de iust. & iur.*

Iustitia *est constans & perpetua uoluntas ius suum cuique tribuendi.* Ibid. & Inst. Eod. *tit. in princip.*

Iustum *est id, cuius contrarium est iniustum. l. exigendi. in fi.* C. *de procuratorib.*

Iustè *deprecantibus, nihil debet denegari. l. j. §. dominorum. ff. de his qui sui uel alie. iur.* Inst. *eod. tit.* In *fin.*

Iustum *est, ut ille qui alium decipere uoluit, suam sentiat iacturam.* Nouell. Vt res *immobil. §. si quis, & §. seq.* Constit. L X I.

Iustus *septies in die cadit.* Nouell. De non *alie. aut permutand. §. ut autem lex.* Constit. V I I. Not. *Inst. de iustitia & iur. in princip.*

Iussus *præceptoris nonnihil excusat.* Notatur *in l. si quis id, quod. §. doli mali. ff. de iurisdictio. l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de minorib. xxv. annis.*

Iussus *iudicis prodest ad innocentiam. d. l. si quis id. §.*

doli

doli mali.l.quanquam.in princ.ff.de aq.plu.l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui not.infa. Vlpian. Qui iussu prætoris pretio dato, pactus est, non notatur.l.quoniam nonnulli.in princ.C. de appell.

Iussus principis uel iudicis facit aliquid licitum quod aliàs esset illicitum.l. quoniam iudices.C. eod. tit.l. non est matrimonium.ff.de rit.nuptia.c. quod quis. De reg.iur. lib. vj. Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere nō uidetur, cum habeat parêre necesse.l. non uidetur.§. qui iussu.ff.de reg.iur.

Iuuenis luxuriosi mandatum suscipiens, non habet actionem.l.si uerò non remunerandi.§.si adolescens.ff.mandat. Vlpianus. Si adolescens luxuriosus mandet tibi, ut pro meretrice fideiubeas, idq; tu sciens mandatum susceperis: non habebis mandati actionem: quia simile est, quasi perdituro pecuniam sciens credideris.

Iuueniles calores coarctare bonum est.l.non solùm. §.ipsum autem.C.de bon.quæ liber.

## L

Labore cessante, cessare debet & remuneratio laborum.c.cum secundum Apost.de præbend.

Laborans manducet. Et contra: non laborans, carebit emolumentis. Not.in l.quamuis.ff.de damn.infe.

Laborem uniuscuiusque digna compensatione remunerari æquissimum est.l.si.§.similiter.C.de alluuionib. Theodosius & Valenti. Ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam iudicantes intelligant.

Latrones possunt per quæstionem interrogari die feriato.l. prouinciarum.C. de ferijs. Honorius & Theodosius. Prouinciarum præsides moneantur, ut in quæstionibus

bus latronum, & maxime Isaurorum, nullum quadragesimæ tempus, uel uenerabilem paschalem diem existiment excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio conciliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est: cùm facilime & in hoc summi numinis speratur uenia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. l. iiij. in prin. C. de episcop. aud.

Latronem insidiãtem qui occiderit, non tenetur: utiq; si aliter periculum effugere non potest. Inst. ad leg. Aq. §. iniuria. l. si ut allegas. C. ad leg. Corneli. de sicar. Gallienus. Si (ut allegas) latrocinantem peremisti: dubium non est eum, qui inferendæ cædis uoluntate præcesserat, iure cæsum uideri.

Legatarius non poterat olim legato grauari. Sicut tamen ipse hæres: ita & legatarius recte rogabatur, ut alij restitueret. Hodie nulla uidetur differentia inter legatum & fideicommissum. Instit. de sing. reb. per fideicom. iunct. l. ij. C. commu. de legat.

Legatum est donatio quædã à defuncto relicta ab hærede præstanda. Inst. de legat. in princip. l. legatum. ff. de legat. I I.

Legatum debet adferre emolumentum quoddam. l. qui concubinam. ff. de legat. I I I.

Legatum aliquod cùm relinquitur, subesse solet fidei commissum. Si autem fideicommissum est impossibile: tunc legatum est merum. l. codicillis. in fi. ff. de ann. legat.

Legatum sub una conditione ademptum; uidetur esse relictum sub contraria conditione. l. aliquando. in fi. ff. de cond. & demonst. Caius. Veluti quod sub conditione ademptum est: quia sub contraria conditione datum intelligitur.

Legatarius potest esse testis in causa testamenti. l.

qui

*qui testamento. in princip. ff. qui testa. fac. poss. Vlpianus. Qui testamento hæres instituitur, in eodem testamento testis esse non potest. Quod in legatario & in eo qui tutor scriptus est, contra habetur. Hi enim testes possunt adhiberi. Insti. De testa. §. legatarijs. Legatarius autem & fideicommissarius, quia non iuris successores sunt, & alijs personis eis coniunctis testimonium non denegamus. Imò in quadam nostra constitutione & hoc specialiter eis concessimus.*

Lex *est commune præceptum: uirorum prudentium consultum: delictorum quæ sponte uel ignorantia contrahuntur, coërcitio: communis reipublicæ sponsio.* Papinianus *in l. j. ff. de legib.*

Lex *est cui omnes obtemperare conuenit, cùm ob alia multa, tum uerò maximè eo, quòd omnis lex inuentum ac munus deorum est, consultum prudentium hominum, coërcitio eorum, quæ uel sponte, uel ignorantia delinquuntur; communis sponsio ciuitatis: ad cuius præscriptum omnes, qui in ea republica sunt uitam instituere par est. l. ij. eod. tit.*

Lex *tam diuinarum, quàm humanarum omnium regina est. l. ij. ff. eod. tit.*

Lex *est, quod populus* Romanus *senatorio magistratu interrogante (ueluti consule) constituebat. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. §. lex est.*

Lex *est donum* Dei. *l. ij. ff. de legib.*

Lex *dicitur sacra. l. leges sacratißimæ.* C. *de legib.* Valenti. *&* Martia. Leges *sacratißimæ quæ constringunt omnium uitas, intelligi ab omnibus debent, ut uniuersi præscripto earum manifestius cognito uel inhibita declinent, uel permissa sectentur. Si quid uerò in eisdem legibus latum fortaßis obscurius fuerit, oportet id ab* Imperatoria *interpretatione patefieri, duritiamq; legum nostra humanitate*

nitate incongruam emendari.

Leges *sacratißimæ, quæ constringunt uitas hominum, ab omnibus sciri debent & obseruari. d. l. leges sacratiß.*

Legem *eius est interpretari, cuius est condere.* Ibid. *& l. fi. §. definimus. C. eod. tit.* Iustinia. *Si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est: & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. & c.* Inter alia. *de sentent. excommunicatio.*

Lex *permittit pascisci de futuro. l.* Iurisgentium. *§. si paciscar. in fi. ff. de pact.*

Leges *ab omnibus debent obseruari. l. iij.* In princip. C. de legib.

Lex *debet fieri de bono, & utili ac honesto. l. quod* La*beo. ff. de carboni. edicto.*

Lex *cùm in præteritum quid indulget, in futurum uetat.* Vlpianus *in l. cùm lex. ff. de legib.*

Leges *benignius interpretandæ sunt, quò uoluntas earum conseruetur.* Celsus *in l. benignius. & l. seq. ff. de legib.*

Lex *ubi non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus.* Notatur *in l.* Præses *prouinciæ. ff. de offi. præsid.*

Leges *neminem in paupertate uiuere, neque in animi anxietate uitam finire sinunt.* Nouell. *de hæredib. & falc. in fi.* Constit. 1.

Leges *egent armis. l. qui restituere. ff. de rei uindicat.* Vlp. *Qui restituere iussus, iudici non paret, contendens non posse restituere: siquidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur, & fructuum duntaxat, omnis causæ nomine condemnatio fit.*

Leges *docent mendacium in publiciana: deceptionem in uenditione: dolum dißimulare in compensatione: rixas*

*in iudicijs: quis amplectatur igitur iuris studia? Obiectio est falsissima Phanaticorum.*

Legis *uirtus est imperare, uetare, permittere, punire. Modestinus in l. legis uirtus. ff. de legib.*

Leges *& constitutiones, futuris dant formam negotijs, non ad facta præterita reuocantur. l. leges & constitutiones, C. de legib.*

Lex *siue constitutio usibus humanis debet accommodari. Nouell. Ne mulieres. in princi. Constitu. 11. Cunctam penè correctionem aliquando quidem pro egentium interpellationibus. & l. aßiduis. C. qui pot. in pig. habe.*

Legum *correctio est euitanda. uide, Correctio.*

Legem *superiorem, inferior tollere non potest. l. nam Magistratus. ff. de recept.*

Legem *ipsis rebus & non uerbis imponimus. l. iij. C. commun. de leg. & l. fi. C. de usur.*

Legi *repugnantia, pro infectis habentur. l. nõ dubium. C. de legib.*

Leges *nobilißimos aperiunt thesauros. §. nos uerò. in procœmio digest.*

Lex *generaliter loquens, sæpe extenditur ad casus aliò spectantes. l. penult. C. qui testam. facere poß.*

Lex *quamuis dura sit, nihilo tamen minus seruanda est. l. prospexit. in princip. ff. qui & à quib. liber. Vlpianus. Quod quidem perquam durum est. Sed ita lex scripta est.*

Lege *cauetur: quod iuris est in principali, idem & in accessario esse. l. & per iusiurandum. §. si fideiussori. ff. de acceptilationib. l. ad rem mobilem: & l. ad legatum. ff. de procuratoribus.*

Leges *sunt intelligendæ secundum subiectam materiam*

*riam.l.quòd si quinto anno.ff.commodat.*

Leges *scire, non est uerba earum tenere, sed uim & potestatem.Celsus in l.scire.ff.de legib.*

Lex *specialiter quibusdam enumeratis, generale nonnunquam subijcit uerbum, quo specialia complectatur.* Vl*pianus in l.si seruus.§.cum eo planè.ff.ad leg.* Aquil.

Lege Aquilia, *quod alius præstitit: alium non liberat: cùm sit pœna.*Vlpianus, *l.item Mela.§.& si cum uno. ff.ad leg.*Aquil.

Leges *non dedignantur sacros canones imitari.* No*uell.ut cleric. apud proprios episcop. §. si uerò.* Constitut. LXXXXIII. & Nouell.*de eccles.tit.§.j.Const.*CXXXI. *c.j.de oper.noui nunt.*

Leges *legibus conciliare oportet.l.j.C.de inoffic.dot.* Constantinus: *Cum omnia bona à matre tua dote dicantur exhausta: concordare legibus promptùm est.*

Legum *interpretatione pœnæ molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ.l.pen.ff.de pœn.* Vide, Pœnæ.

Lege *agere est aliquid autoritate legis, quasi iubentis in speciem,aut permittentis ita fieri. l.barbarius. ff. de offic. Præt.*Vlpia.*An fortè(inquit)propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt,uel lege,uel quo alio iure?*

Legis *actio, formula persequendi quæ ex lege ciuili componitur.l.ij.§.deinde.ff.de orig.iur.*Pomponius: *Et appellabatur hæc pars iuris, legis actiones.*

Legis *actionem, apud iudicem uel magistratum esse: pro eo, quod est legitimam seu ordinariam iurisdictionem habere.l.iij.& l.iiij.ff.de offic.procons.*

Libellus *est breue scriptum, postulationem actoris in se continens.l.ampliorem.C.de appellat.*

Libellorum *dictatores & litigatores, uerbosis uti*

allegationibus non debent.ibidem.§.in refutatorijs.

Libellus est formula scripti, complectens actionem & futuræ litis expositionem in iudicio.l.j.C.de edend.

De uaria significatione libelli,& quotuplex sit.uide,D. Oldendorpium,de formula libelli.

Libellus debet offerri iudici, & per iudicem aduersario dari.l.ij.C.de litigios.& Nouell.de litigios.§.j. Constit. CXII. uide, Nouell.ut qui prouincial.§.sancimus. Constitut. LIII. Et nota quòd aliquando offerentes libellum super rei uendicatione implorant officium iudicis, ut interroget aduersarium, utrum poßideat,an dolo desierit poßidere? quia si non poßideret, talis actio contra ipsum esset inutilis,de iud.c.examinat.instit.de interd.§.retinendæ. Mendacij autem pœna est,ut fiat de possessore petitor. l.qui petitorio.ff.de rei uend.

Libellus est duplex,scilicet Conuentionalis, & Accusationis,seu inscriptionis. Prior in ciuilibus: posterior in criminalibus habet locum. Primus debet continere actoris, rei,& iudicis nomen,& rem quæ petitur,& causam petendi,cum conclusione ex ea necessariò consequente.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet,nisi si quid ui aut iure prohibetur.inst.de iur.pers.§.j.l. libertas.ff.eod.tit.

Libertas inæstimabilis res est. Paulus l.libertas.ff.de regu.iur.

Libertas omnibus rebus fauorabilior est. Caius in.l. libertas.ff.eod.tit.

Libertate nihil acceptius seruis præstari potest.Paulus in l.Paulus respondit.in fin. ff. de fideicommiss.libert.

Libertas semel competens, non potest retractari. instit.de eo,cui libert.caus.§ j.& ij. Et ij quidem,quibus directa

*recta libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hæreditas adita esset.*

Libertas *præferenda est commodo pecuniario. instit. ibidem.*

Libertas *non potest acquiri pro parte, neque remitti sicut nec seruitus. l. unus ex socijs. in fi. ff. de seruit præd. rustic. Papinianus: Quamuis enim unusquisque sociorum solus sit, cui seruitus debetur: tamen quoniam non personæ, sed prædio debetur: neque acquiri libertas, neque seruitus remitti pro parte poterit.*

Libertas *præscribenda, exigit planè factum utentis. l. hæc autem. in princ. ff. de seruit. urban. præd. Caius: Hæc autem iura similiter, ut rusticorum quoque prædiorum, certo tempore non utendo pereunt: nisi quòd hæc dißimilitudo est, quòd non omnino pereunt non utendo, sed ita, si uicinus simul libertatem usucapiat.*

Libertatem *ædium suarum non potest usucapere uicinus tuus, qui ius tuum interpellauit. ff. de seruitut. præd. rustic. Secus in rusticis. Ratio est, quia in urbanis sumptus procedit: secus in rusticis, & ideò difficilius contra eam præscribitur.*

Libertini *sunt qui ex iusta seruitute manumißi sunt. Caius in leg. libertini. ff. de statu hominum: & instit. de libertinis. in princ.*

Libertus *tenetur præstare reuerentiam patrono. l. libertos. C. de obseq. libert.*

Liberum *corpus non recipit æstimationem. l. liberti. ff. de uerb. signific.*

Liberti *appellatione, & liberta continetur. l. fin. ff. de his, qui deiec. uel effud.*

Liberorum *appellatione, nepotes, & pronepotes,*

cæteriq;, qui ex his descendunt, continentur. Callistratus, l. liberorum.ff.de uerborum signific.

Liberalis in egestate nemo existit. l.rem legatam. in fi.ff.de admin.uel transfer. leg. Modestinus: Hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, cùm nemo in necessitatibus liberalis existat.

Litis contestatio, facit omnes esse pares possessores.l. sed & si.§.etiam si ante.ff.de petit.hæred.

Litis initium,fit per contestationem.l.j. C.de plus petition.l.j.C.ubi de criminibus agi oport. l. apertissimi iuris. C.de iudic.

Litem qui iniustè mouet, ad expensas tenetur. l. properandum. §.siue autem. & §.si uerò. in fin. C. de iudic. l. omnes. §. præterea. C. de episc. & cleric. Omnes eis legitimas expensas sumptusq;, quos ab exordio cœptæ controuersiæ ipsorum uitio tolerasse eos constiterit, reddere cogantur.

Lites ex litibus oriri non debent. l. quidam. ff. si certum petat. Iulianus: Cùm ad officium eius pertineat, lites diminuere.

Litis contestatio facit censeri petitionem. Antea enim dicitur uelle petere. l. amplius. ff. rem rat. habet. Paulus: Hic enim amplius non petit sed petere uult. Vide, Petere.

Lis nulla inter patrem & filium esse potest, nisi ex castrensi peculio.l.lis nulla.ff.de iudic.

Locupletari cum alterius damno & iactura nemo unquam debet. l.nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Vide, Aequitas.

Ludus noxius prohibetur. Nouell. de ecclesiast. diuers.capitul.§.insuper interdicimus.Constitut.CXXXIII.

Iustin

*Iustinianus*: *Insuper interdicimus religiosis. Episcopis & presbyteris, neque non diaconis, & subdiaconis, ac lectoribus, & cuique alij cuiuslibet uenerabilis orationis, & gradus constituto clerico, ne ad tabulam ludant, aut tali ludo utentibus se associent, aut spectatores sint, aut ad quodcunque spectaculum spectandi gratia accedant.*

Ludus *solatij gratia institutus permittitur. Nouell. ibidem.*

Ludus *non est, ex quo crimen oritur. l.nam ludus. ff. ad leg.* Aquil.Cicero *lib.Offic.j.*

Lucrum *ex cuius persona quis capit, eius factum præstare debet.* Vlpianus *in l. ex qua persona quis. ff. de regu.iur.*

Lucrum *ex damno uel pœna alterius nemo facere debet.l.sciendum.ff.ex quibus caus.maior.* Paulus: *Sciendum est, quod in ijs casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia quæruntur: non cum & lucri faciendi causa, ex alterius pœna uel damno, auxilium sibi impartiri desiderant.*

Lubricum *linguæ alicui obesse non debet.l.famosi. §.penult.ff.ad leg.* Iul.*maiest.* Modestinus: *Nam & persona spectanda est, an poterit facere, & an antè quid fecerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est. Quanquàm enim temerarij digni pœna sint: tamen ut insanis, illis parcendum est.*

Lucem *odit, qui malè agit.notatur in l.j. §. tria luminaria.ff.de inspiciend.uend.Et non ueniunt ad lucem, ut arguantur opera eius: Qui autem uirtutem facit, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius.* Ioan. *cap. iij. c. consuluit. de offic.deleg.*

Locum *alterius tenens, iustam habet ignorantiæ cau-*

*ſam, an id, quod deberetur, peteretur. Caius in l. qui in alterius. ff. de reg. iur.*

Loca *diuerſa rerum conſtituunt pretia. l. ideò. in fi. ff. de eo, quod cert. loco. notatur in l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad leg. falcid. Quòd ex loco & tempore rerum pretia uariantur & cariſtia, quæ medio tempore fuit non inſpicitur.*

Lucra *turpia ab hæredibus ſunt extorquenda. l. in hæredem. in princ. ff. de calumniatoribus.*

Lupanaria *in multorum honeſtiſsimorum uirorum prædijs exercentur. l. ancillarum. in fi. ff. de petit. hæred.* Vlpianus: *Sed & penſiones, quæ ex locationibus prædiorum urbanorum perceptæ ſunt, uenient: licet à Lupanario perceptæ ſint. Nam in multorum honeſtorum uirorum præſidijs Lupanaria exercentur.*

## M

MAla *facienda non ſunt, ut inde bona proueniant. l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccleſ. & in c. magnan. e cler. uel mon. xxxiij. q. iij. c. dixit ſacra.*

Mala *omnia pati melius eſt, quàm malo conſentire. xxij. q. v. c. j. & c. ſi quis coactus.*

Malum *quod ex neceſsitate incidente ſine prauo adfectu fit, excuſationem meretur. de regul. iuris lib. vj. c. quod non eſt licitum. de conſecrat. diſtinct. I. c. ſicut de furtis. c. ſi quis per neceſsitatem. de conſecrat. diſtinct. v. c. diſcipulos. Sed in criminibus, non excuſat neceſsitas. l. Palàm. §. non eſt. ff. de rit. nupt.*

Mala *ſimpliciter magis ſunt deteſtanda, quàm mala (ut uocant) ſecundum quid. l. quod ſæpe. §. ueneni. ff. de contrahend. empt. & uenditio.* Caius: *Veneni mali quidam putant emptionem non contrahi: quia nec ſocietas, aut man-*

*datum flagitiosæ rei ullas uires habeat. Quæ sententia potest sanè uera uideri de his, quæ nullo modo adiectione alterius materiæ, usui nobis esse possunt.*

Malorum *comparatio facienda est, ut minus malum eligatur. l. quoties nihil. ff. de reg. iur. Vlpianus: Quoties nihil sine captione inuestigari potest: eligendū est quod minimum habeat iniquitatis. & c. duo mala. xj. dist. l. si ita uulneratus ff. ad leg. Aquil.*

Malo *abstinere non sufficit, nisi fiat quod bonum est. Clement. cupientes. §. j. de pœn. & xxij. q. v. de forma.*

Malus *semel, semper malus præsumitur in eodem genere mali. c. semel. de regu. iur. lib. vj. l. Caßius Longinus. ff. de senatoribus.*

Malo *uno admisso, sequuntur plura. Nouell. ut præsid. absq; ulla dation. §. an uerò. Constit. v i i i. l. ex diuerso. §. j. ff. de rei uendic. Vide, Inconuenienti.*

Mali *principij, rarò bonus est exitus. Nouell. ibidem.*

Mali *admißi pœnam soluens, alij non prodest. l. fin. ff. ne quis eum qui in ius uocat. Vlpianus: Is qui debitorem ui exemit, si soluerit, reum liberat: Quia pœnam suam soluit. l. semper. §. si in sepulcro. in fin. ff. quod ui aut clàm, l. qui seruum. in princ. ff. de interrog. in iure faciend.*

Maleficijs *uia non debet aperiri. l. sed & si quis. ff. de carbian. edict. l. ordinata. ff. de lib. caus.*

Maleficia *non debent manere impunita. l. si ita uulneratus. §. quod si quis absurdè. ff. ad leg. Aquil. Magnum enim peccatum est parcere nocentibus. Vide, Crimina, Delicta.*

Maleficia, *uoluntas & propositum distinguunt. Vide, Voluntas.*

Malitia *crescente, crescere debet pœna. c. quoniam.*

*§.fin.ut lite non contestat.& l.quicunq;.in princ.C.de seruis fugit. Si uerò secundò uel tertiò cum susceperit.* Vide, Delictum frequens.

Malitia *supplet ætatẽ.l.iij.C.si minor se maior.Diocletianus,& Maximian.Si alterius circum ueniendi causa minor ætate maiorem te aspectu probare laboraueris: cùm malitia suppleat ætatem: restitutionis auxilium, tam sacris constitutionibus, quàm scriptorum autoritate denegari statutum est.*

Malitijs *hominum non est indulgendum, sed obuiandum.l.in fundo.§.censuimus.ff.de rei uendicat. Celsus: Censuimus uerò, ut si paratus sit Dominus tantum dare, quantum habiturus esset possessor, his rebus ablatis: fiat ei potestas.Neque malitijs indulgendum: si tectorium puta, quod induxeris, picturasq; corradere uelis, nihil laturus, nisi ut officias.*

*L.j.§.persuadere.ff.de seruis corrupt. Vlpianus: Persuadere autem est plus, quàm compelli, atque cogi sibi parêre.Sed persuadere.*Τῶν μέσων ἐστὶ. *Nam & bonum cõsilium quis dando potest suadere,& malum.* Et *ideo prætor adijcit,*dolo malo.

Malitiam *laudando augeri non oportet.Ibidem.Imò etsi erat seruus omnimodo fugiturus, uel furtum facturus, hic uerò laudator huius propositi extitit:tenetur. Nõ enim oportet laudando augere malitiam.*

Maiestatem *æternam grauius est, quàm temporalem lædere.Nouell.de Hebræis.*

Maiori *summæ, minor inest.l.j.§.si stipulanti. ff.de uerbo.oblig.Vlpianus:Attamen manifestum est uiginti decẽ inesse.l.inter stipulantem.§.si stipulante me.ff.eod.tit. Paulus:Diuersa causa est summarũ:ueluti* Decem aut uiginti *dare*

dare spondes? *Hic enim etsi decem spoponderis, rectè responsum est: quia semper in summis id, quod minus est, sponderi uidetur. §. præterea. Instit. de inutil. stipulationib. Præterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea quæ interrogatus fuerit non respondeat: ueluti si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinq; promittas.*

Maiores *quatuordecim annis testamentũ facere possunt. l. qua ætate ff. qui test. fac. poss. Vlpianus: Qua ætate testamentum uel masculi uel fœminæ facere poßint uideamus. Et uerius est, in masculis quidem quartumdecimum annum spectandum: in fœminis uerò duodecimum completum. & §. cùm ergo. Inst. quibus ex caus. alie. non li.*

Maior *creditorum pars intelligitur pro quantitate debiti, non pro numero personarum: nisi quando in quantitate debiti esset æqualitas. Papinianus l. maiorem esse partem. ff. de pact.*

Mandatum *debet esse gratuitum. l. j. §. mandatum. ff. mandat. Paulus: Mandatum, nisi gratuitum, nullum est. Nam originem ex officio atq; amicitia trahit. Contrarium porrò est officio, merces. Et interueniente pecunia, res ad locationem, & conductionem potius respicit. Inst. eodem titu. §. penult.*

Mandatum *non suscipere cuilibet liberum est: susceptum autem consummandum est, aut quàm primùm renuntiandum, ut per semetipsum, aut per alium eandem rẽ mandator exequatur. Instit. eod. tit. §. mandatum. l. si mandauero. §. sicut autem. ff. eod. titu.*

Mandatum *suscipere est uoluntatis, neceßitatis cõsummare. Ibidem.*

Mandatum *contra bonos mores non est obligatorium. Inst. eod. titu. §. illud quoque. Illud quoque mandatum*

*tum non est obligatorium, quod contra bonos mores est: ueluti si Titius de furto, aut de damno faciendo mandet.*

Mandatum *re adhuc integra, sola reuocatione finiri potest. Insti. eod. tit. Rectè quoq; mandatum contractũ, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit.*

Mandatum *expirat morte mandantis. Institut. de mandat. §. item si quis.* Vide, Morte.

Mandatum *complectitur ea, quæ ex mandato sequuntur. l. indebiti. in princ. ff. de condit. indeb. & l. qui procuratorem dat. ff. de procuratoribus.*

L. *Cùm procurator. §. fin ff. de noui oper. nunt. l. tutor. ff. de bonor. possess. Paulus:* Tutor *autem bonorum possessionem pupillo competentem, repudiare non potest: quia tutori petere permissum est, non etiam repudiare.*

L. *j. §. unusquisque. ff. de successo. edict. Vlpianus:* Vnusquisque *suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam non potest. Proinde procurator meus sine mea uolũtate meam bonorum possessionem repudiare non potest.*

Manumissio *est de manu datio. l. manumissiones. in princ. ff. de iusti. & iure. & Insti. de libert. in princ.*

Manducare *non debet, qui non laborat.* Notatur *in l. quamuis. ff. de damno infect. & l. si plures. C. de donationibus inter uir. & uxor.*

Maritum, *pudicitiã ab uxore exigere iniquum est, quam ipse non præstat. l. si uxor. §. iudex. ff. ad leg. Iuliam. de adult.*

Maritus *committit lenocinium duobus modis. Altero, quando uxorem suam uendit. l. mercalem. C. de condict. ob turp. cau. Diocletian. & Maximia. Mercalem te habuisse uxorem proponis: unde intelligis, & confessionem lenocinij preces tuas continere, & cautæ quantitatis ob turpem*

*pem causam exactioni locum non esse.*

*Altero modo. Quando maritus uxorem condemnatam de adulterio penes se habet, uel sciens eam adulteram retinet.l.ij.C.ad leg.*Iuli.*de adult.Seuerus,& Antoninus: Crimen lenocinij cõtrahunt,qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerint, non qui suspectam adulteram habuerunt.*

L.ij.§ *lenocinij. ff.eod.titulo.*Vlpianus: *Cùm sit in eundem maritum pœna statuta, qui de adulterio uxoris suæ quid acceperit: item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit. Cæterùm qui patitur uxorem suam delinquere, matrimoniumq; suum contemnit, quiq; contaminatione non indignatur: pœna adulterum non adfligit.* Idem *in l.mariti,ff.eod.til.*Mariti *lenocinium lex coërcuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit,adulterumq; dimisit.* Salomon *prouerbiorum cap.xviij.* Qui *expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est,& insipiens.*

Masculus,*uel fœmina sola per se sufficiens nõ est ad procreationem liberorum faciendam.*Nouel.Vt *si plur.filij non sint.§.neque enim masculus.*Const.t.XVIII.

Masculinum *genus comprehendit fœmininum. l. qui duos.ff.de legat.iij.* Iulianus: Qui *duos mulos habebat ita legauit.*Mulos duos qui mei erunt, cum moriar,Seio hæres dato. *Idem nullos mulos,sed duas mulas reliquerat.* Respondit Seruius,*deberi legatum:quia mulorum appellatione etiam mulæ, quemadmodum appellatione seruorum & seruæ, plerunque continentur.* Id *autem eò uenit, quòd semper sexus masculinus fœmininũ cõtinet.* Vlpianus *l.patroni.ff.de uerbor.signific.*Patroni *appellatione, & patrona continetur:* Paulus *in l.pronuntiatio.ff.*

*tio.ff.eod.titu.*Pronuntiatio *sermonis in sexu masculino, ad utrunque sexũ porrigitur.l.tres fratres.ff.de pactis.* Vide, Exemplum,*&* Fœmininum.

Matrimonium,*est uiri ac mulieris coniunctio,indiuiduam uitæ consuetudinem continens.* Institut.*de patri. potestat.in princip.*

Matrimonium *siue nuptiæ sunt coniunctio maris & fœminæ,consortium omnis uitæ,diuini,& humani iuris communicatio.*Modestinus *in l.j.de rit.nupt.*

Matrimonium,*Connubium,Coniugium,Consortium,* Nuptiæ, *idem significant. Contubernium dicebatur quod serui,& ancillæ contrahebant.*

Matrimonia *uinculo pœnæ obstringi ualde inhonestum est,siue futura, siue iam contracta.* Paulus *in l.Titia.ff.de uerbor.oblig.*

Materfamiliâs *dicitur notæ autoritatis fœmina. l. iij.in fin.ff.de lib.exhib.*Vlpianus:*Cùm audis matremfamiliâs,accipe notæ autoritatis fœminam. & l.nam ciuium.in princ.ff.de his qui sui uel alien.iur. Aliàs matrona appellatur,ut in l.j.ff.eod.titu.*

Matremfamiliâs *accipimus etiã eam,quæ non inhonestè uixit.l.pronuntiatum.ff.de uerbor.signifi.*

Manifesta *non indigent probatione.l.si uerò.§.j.ff. qui satisd.cog.un.l.exempto.ff de actionibus empt.*

Medico *imputari non debet euentus mortalitatis.l.illicitas.§.sicuti.ff.de officio* Præsid.Vlpianus: *Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet:ita quod per imperitiam commisit,imputari ei debet.*

Mediam *uiam tenuere beati.*Notatur *in l.j.ff.de aq. & aqu.pluu.arcend.*Nouell.*de consulibus.in princip.* Constitut. c v.*& l.solet etiam.in fin.ff.de offic.*Proconsulis.*&*
Instit.

*Instit. quibus ex caus. manu.*

Media *uia est eligenda. l. antiqui. ff. si pars hæredita. petat. Ouidius: Medio tutißimus ibis.*

Medium *inter priuationem & habitum dari non potest. l. hæc uerba. ff. de uerbor. significa. l. j. §. scientiam. ff. de tributor. actio.*

Medio *omisso, non potest fieri transitus ad extremum. Notatur l. fin. C. unde ui. l. qui habebat. ff. de uulg. & pupil. substitut.*

Medium *trahit duo extrema. l. qui sella. in fi. ff. de seruitut. prædi. rust. Paulus: In rusticis autem prædijs impedit seruitutem medium prædium, quod non seruit.*

Melius *est, ut seipsum quis corrigat, quàm ut expectet se ab alijs corrigi. Nouell. De his qui nupt. iterant. §. Insuper. Constitut. XXII.*

Melius *est pauca idoneè & cautè agere, quàm multis interesse periculosè. Nouell. de tabellionib. §. & non surgat. Constit. LXIIII.*

Melior *conditio est poßidentis. Instit. de interdict. §. commodum. Vide,* Conditio posſidentis.

Membrorum *suorum nemo dominus esse uidetur. l. liber homo. ff. ad leg. Aquilia.*

Memoria *hominis labilis est. l. ij. §. sed & si. C. de uet. iur. enucleand. Primò quidem propter ingenij mortalis exiguitatem.*

Memoriam *omniũ habere, & in nullo errare, Dignitatis potius est, quàm humanitatis. Ibidem.*

Mendacium, *est falsa adsertio cum intentione fallendi. l. de ætate. §. sic cum esset. ff. de interroga. & c. beatus Paulus. §. ille ergo. xxij. q. ij. Vbi dicitur: quòd non mentitur, qui animum fallendi non habet.*

Mendacium *punitur l. qui alienam. ff. de euict. l. si decem ff. de stat. libert. l. fundum, §. fin. ff. de euictio,*

Mens *proferentis in ambiguis orationibus accipienda est. l. in ambiguis. ff. de regu. iur.* Metianus: *In ambiguis orationibus maximè spectanda sententia est eius, qui eas protulisset. l. inter stipulantem. §. j. ff. de uerb. oblig.*

*L. ueteribus. ff. de pactis.* Papinianus: *Veteribus placet: pactionem obscuram, uel ambiguam uenditori, & qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.* Vide, Ambiguum.

Mens *est potius attendenda, quàm uerba legis. l. scire leges. ff. de legibus. & c. humanæ. xxij. q. v.* Vide, Leges scire.

Mens, *& animus, & consilium ciuitatis posita est in legibus.* Cicero *de oratore.*

Mentis *integritas non corporis sanitas in testatore eo tempore quo testatur exigenda est.* Labeo *in l. ij. ff. qui testament. fac. poss.*

Mens *& propositum facientis debet inspici. l. j. C. ad leg. Cornel. de sic.* Antoninus: *Crimen enim contrahitur, & si uoluntas nocendi intercedat. l. Diuus. ff. eod. tit. Quia uoluntas, & propositum distinguunt maleficia.*

Mercenarius *dignus est mercede sua. l. si pater. in fin. ff. de donationib. l. metum. § sed licet. ff. quod met. causs.* Vlpianus: *Ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse uideor. Matth. cap. x. distinct. lxxxviij. c. Quoniam. xij. q. ij. cap. Charitatem. & c. Quicunq; suffragio.*

*L. j. C. de assessoribus, & domestic. & cancella.* Diocletianus, *&* Maximianus: *Studiorum labor meretur, ut ij, qui in publicis administrationibus constituti, sociari sibi consiliorum participes cupiunt: spe præmiorum atq; honorific*

*norificentia sua prouocet eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam.*

Meretrix *à merendo dicitur, ut Valla ait.*

Meretrix *à legibus excluditur. l. si ea, quæ. C. ad leg. Iulia. de adulter. Si ea, quæ stupro tibi cognita, & paßim uenalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more uulgo se præbuit: adulterij crimen in ea cessat.*

Meretricem Impp. *appellant mercalem uxorem, in l. mercalem. C. de condict. ob turp. caus.*

Meretrix *non est, quæ cum uno, aut altero etiam pecunia accepta se commiscet: sed ea, quæ palàm & pluribus se prostituit. c. uiduam.* Distinct. *xxxiij. c. meretrices. xxxiij. q. iij.*

Meretrix *appellatur ab* Vlpiano, *Vulgaris mulier, in l. si uxor. §. sed & ff. ad leg.* Iuliam *de adulter. Sed & in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quæ uulgaris fuerit.*

Meretrici *datum, repeti non potest. l. idem si ob stuprum. §. sed quod. ff. de condict. ob turp. caus. Sed & quod meretrici datur, repeti non potest, ut* Labeo, & Marcellus *scribunt: sed noua ratione, non eò, quòd utriusque turpitudo uersatur, sed solius dantis.* Illam *enim turpiter facere, quòd sit meretrix: sed nõ turpiter accipere, cùm sit meretrix.*

*L. affectionis. ff. de donationibus.* Vlpianus. *Affectionis gratia neque honestæ, neque inhonestæ donationes prohibitæ sunt.* Honestæ *erga benemerentes amicos, uel necessarios: inhonestæ, circa meretrices.*

Metus *est instantis, uel futuri periculi causa mentis trepidatio.* Vlpianus *in l. j. in fin. ff. quod met. caus.*

Meum *quod est, amplius meum fieri non potest.* Instit. *de legat. §. sed si rem. Sed si rem legatarij quis ei legauerit:*

*uerit: inutile est legatum: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest.*

Meum *est quod pro parte meum est.l.si ut proponis.C.de ædifici.priuat.*

Miles *appellatur uel à malitia,id est,duritia, quam pro nobis sustinet: aut à multitudine: aut à malo, quod arcere milites solent: aut à Græco uerbo* χίλιοι χιλίαρχος *tractum est.*Vlpianus *in l.j.§.miles.ff.de mil.testa.*

Milites *dicuntur defensores nostri, & non domini. l.ab hostibus capti..C.de postlimi. & redempt. ab hostib.* Diocletian. & Maximian. *Serui autem dominis suis restituentur.* Receptos *enim eos, non captos iudicare debemus, & milites nostros defensores eorum decet esse, non dominos.*

Miles *magis scire debet arma, quàm leges.* Vide, Arma.

Miles *non potest esse procurator. l. militem. C. de procuratorib.* Alexander. *Militem nec pro patre, uel matre, uel etiam uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri oportet: cùm neque defensionem alienam suscipere permittatur.*

Miles *non potest aliquem accusare, nisi suam uel suorum iniuriam prosequatur.l. non prohibentur. C. qui accusa.non poss.* Gordianus. *Non prohibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar obtineat intendere, si suas suorumq; iniurias exequantur.* Ideoq; *consobrini tui necem defendere,tibi permittimus.*

Milites *non possunt esse aduocati.* Instit. *de interdict.§.qui autem aliquem. Quia debent intendere armis.l, scimus.C.de iur.deliberand.*

Minor *xxv. annis non potest esse procurator.l. minor,*

*nor.ff.de procuratorib.*

Ministros *paucos bonos habere melius & sanctius est, quàm multos malos. Quia si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent.c.cùm sit ars.de ætate & qualit.ord.*

Minor *xiiij.annis non potest testari.l.qua ætate.ff.qui testament.fac.pos.*Vide, Maiores.

Minor *xiiij. annis non potest esse iudex. l. quidam. ff.de re iudica. Sed minor xxv. annis sententiam dicere potest & magistratum gerere.*

Minores *xxv. annis hæredes scripti, non tenentur uindicare mortem testatoris, si testator interfectus fuerit.l. minoribus.in prin.C.de his quibus ut indig.*Alexander. *Minoribus xxv.annis hæredibus nõ obesse crimen inultæ mortis placuit.*Secus *si essent maiores xxv.annis,tenerentur uindicare mortem testatoris.§.quod si.ead.leg.*

Minus *peccat qui illicita docet, quàm qui discit.l.ij. C.de hæretic.*

Minus *tribui uidetur, & si nihil tribuatur.l.illud.§.si cuius dolo.ff.de tribut.actio.*Vlpianus:*Minus autem tribuere dominus uidetur,etiam si nihil tributum est.* Instit.*Quod cum eo.§.istas tamen duas.l.minus.ff.de uerb. signi.* Paulus. *Minus solutum intelligitur,etiam si nihil esset solutum.*

Minus *semper inest in eo quod plus est.*Paulus *l.in eo.ff.de reg.iur.*

Modestius *facit, qui refert iusiurandum,quàm qui iurat.l.illud aut illud.ff.de constituta pecun.* Papinianus. *Si iureiurando delato, deberi tibi iuraueris: cùm habeas eo nomine actionem, rectè de constituta agis. Sed & si non ultro detulero iusiurandum, sed referendi necessitate compulsus, id fecero: quia nemo dubitat modestius facere,qui referat, quàm qui ipse iuret: nulla distinctio adhibetur,*

*tametsi ob tuam facilitatem, ac meam uerecundiam, subsecuta sit referendi necessitas.*

Modicum *non est anxiè curandum.l.si quis.§.ult.ff. de dol.mal.* Vlpianus. *Meritò causæ cognitionem* Prætor *inseruit. Neque enim paßim hæc actio indulgenda est.Nam ecce in primis si modica summa sit.* Paulus *in l.seq.* Id *est, usque ad duos aureos.l.si superstite.C.eod.tit.l.in rebus.§. sed id.ff.commod.* Caius. *Modica enim impendia uerius est,ut sicuti cibariorum,ad eundem pertinere.l.Seio.ff.de in integ. restitut.l.res.ff.de contrah. empt.* Vlpianus. *Res bona fide uendita, propter minimam causam inempta fieri non debet.Instit.de rer.diuis.§.gallinarum.l.si proprietarius.in fin. ff.de damn. infect.* Paulus. *Eadem erunt ergo, & si minimum damnum detur.*

Modus *est pulcherrima uirtus.Notatur in l.sed & si quid.§.generaliter.ff.de usufructu.*

Modus *honestus est seruandus, non immoderata cuiusque luxuria.* Vide, Honestus.

Moderator *& arbiter quilibet est in re sua.l.in re mandata.C.mand.* Constantinus: *Nam suæ quidem quisque rei moderator atque arbiter non omnia negotia,sed pleraq; ex proprio animo facit.l.Polla quidem.C.de his quibus ut indig.Polla quidem liberam habuit administrãdi patrimonij sui potestatem.Instit.de his qui sui uel alie.in prin.*

Momentaria *poßeßio dicitur, quæ parum potest durare penes poßidentem, quia statim licet agi contra ipsum iudicio poßeßorio.l.non uidetur.ff.de adquir. uel amittend.poßeß.*

Monachi *licet dicantur oues, sunt tamen lupi rapaces.Not.in l.inter claras.§.reddentes.C.de summa trin.*

Monachis *licitum non est poßeßiones proprias habere,*

*bere,neq; opes accumulare.* Nouell. De Monach. & *ascet. in princ.* Constit.v. *Ac descripsimus quidam iam constitutionem,quæ uult,ut monachi, & si magno cõtinentur numero, secundum formam cœnobiorum (ut appellant) in commune uitam degant, neque proprias habeant possessiones, neque opes accumulent,neq; clàm testibus uiuant, sed & communiter cibum capiant,& in communi loco cubent.*

Mors *omnibus hominibus terminus uitæ est.* Nouell. De *hæredib.& falcid.§.neque quisquam.*Constit.j.

Mors *omnia soluit.* Nouell. De *his qui nupt.iter.§. quod autem.*Constit.xxij.

Morte *crimen extinguitur.*l.j.C.*si reus uel accu.mort. fu.* Antoninus. Et *si Marcellus qui crimine falsi postulabatur,uita functus est,ac per hoc crimen in persona eius sit extinctum:accusatio tamen non est abolita.*

Morte *omnia crimina extinguuntur,exceptis quibusdam grauißimis.*l.ij.iij.& iiij.C.*si reus uel accus.*Antoninus. *Si is,quem homicidij seu cuiusuis criminis postulasti reum, uita functus est:frustra ob pœnam desertæ accusationis conueniris:cùm morte eius crimen cum pœna sit extinctum,ac per hoc tibi adempta est neceßitas accusationis.*

Morte *nihil certius est,nihil uerò incertius eius hora.* l.j.*ff.de conditionib.& demonstrationib.*

Mortem *inferens,mortem pati debet.*l.j.§.*& qui hominem.ff.ad leg.Cornel.de sicar.*

Mortuorum *cadauera debiti nomine detinere,aut horum sepulturæ impedimentum inferre non licet.*Nouell. *Vt cùm de appellationib.§.memoria insuper. & §.sancimus.* Constit. c x v. *Sancimus igitur, ut nemini prorsus defuncti hæredes, uel parentes, uel liberos, uel uxorem, uel agnatos, uel alios cognatos, uel alioqui adfines eius,*

uel fideiussores, ante nouem dierum ſpatium, in quibus lugere uidentur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negotium facessere, aut citationem aliquam ijs offerre, ſeu in ius uocare, ſiue debiti nomine, quod à defuncto deſcendit, ſiue quacunque alia de cauſa, quæ ſpecialiter memoratas perſonas reſpiciat. Sin uerò intra nouem dies quamlibet prædictarum perſonarum prehendere, aut adoriri, aut cautionem aliquam, ſeu promißionem, ſeu fideiußionem ab ulla earum accipere auſus fuerit, ut hæc omnia irrita ſint, ſancimus. Poſt decurſum uerò nouem dierum, ſi quis contra huiuſmodi perſonas aliquam ſe habere actionem putauerit, has ſecundum leges exerceto: nullo uidelicet præiudicio actoribus ex interuallo circa longi temporis præſcriptionem, aut quancunque aliam legitimam allegationem penitus generando. Et Nouell. Ne defunct. ſeu reliquiæ eorum à creditorib. Conſtit. L X.

Morte mandantis expirat mandatum. Inſtit. de manda. §. item ſi. Item ſi adhuc integro mandato, mors alterius interueniat, id eſt uel eius, qui mandauerit, uel illius qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mandatum. c. relatum. & c. gratum. de offic. deleg.

Mori felicius eſt, quàm peccare. l. iſti quidem. §. quòd ſi. ff. quod met. cauſ. Paulus. Quod ſi dederit, ne ſtuprum patiatur uir, ſeu mulier: hoc edictum locum habet: cum uiris bonis iſte metus maior, quàm mortis eſſe debeat.

L. j. ff. de bon. eor. qui ante ſent. Vlpia. In capitalibus criminibus à principibus decretum eſt, non nocere ei, qui aduerſarium corruperit: ſed in his demum quæ pœnam mortis continent. Et xv. q. vj. c. autoritate.

Morbo laboranti ſuccurri debet. l. legem. C. de naturalib. liber. Remittenda fuit mouente miſericordia, qua indigni

gni sunt, qui alieno laborant uitio.

Mora modici temporis magnum damnum adferre non potest. Vide, Damnum.

Mora nulla ibi fieri intelligitur, ubi nulla petitio est. Vide, Petitio.

Moram purgare licitum est. l. sed & si alia. ff. de constit. pecuni. l. magnam legum. C. de contrahend. & committend. stipul.

Mos antiquorum est seruandus. l. more maiorum. ff. de iurisdict. Nam constitutiones patrum singulorum opinionibus sunt praeferendae. c. ne innitaris. de constitut. l. testamenta omnia. C. de testam. Arcad. & Honorius. Mos nanq; retinendus est fidelissimae uetustatis, quem si quis in hac urbe uoluerit mutare: irritam mortuorum uideri faciet uoluntatem. l. maximum uitium. C. de liber. praet.

Mores boni praeualent diuitijs. Vide, Boni mores.

Moribus bonis repugnans, nullius est momenti. l. pacta quae contra. ff. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig.

Mos regionis seruandus est. l. j. in fin. ff. de incipiend. uent. Vlpianus. Sed mos regionis inspiciendus est, & secundum eum & obseruari uentrem, & partum, & infantem oportet. distinct. viij. c. quae contra mores. & l. item eorum quae. ff. quod cuiusque. Nam iudex seruabit ea quae in eodem oppido frequenter obseruata sunt, & legatus seruabit consuetudinem prouinciae. Nam magni faciunt prouinciales sibi seruari consuetudines suas & huiusmodi praerogatiuas. l. obseruare. ff. de offic. proconsul. l. iij. in fin. ff. de testib. Imò uidetur quod iudicabit secundum ius Romanum. Instit. de satisdatio. tutor. §. subsidiaria. in fin. de sent. & re iudicat. c. in causis. & xxv. q. ij. c. seruatis. Solu-

*tionem si uidere uolueris adi.c.illud breuiter.xij.distin. quia non aduersa, sed diuersa sunt.*

Mulieris *appellatione, uirgo uiripotens continetur.* Caius in l.mulieris.ff.de uerb.signif.l.quaeritur.§.mulierem ita.ff.de aedil.edict. Vlpianus. *Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non uideri constat.*

Mulieres *ab officijs publicis remotae sunt.* Et ideo *nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec curatores existere.l.ij.ff.de reg.iur.*

Mulieres *non possunt esse iudices.l.cùm praetor.§.moribus.ff.de iudici.* Paulus. *Foeminae & serui: non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, ut ciuilibus officijs non fungantur.*

Mulieres *non postulant.l.j.§.sexum quidem.ff.de postuland.* Vlpianus. *Sexum quidem, dum foeminas prohibet pro alijs postulare.* Et ratio *quidem prohibendi est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant: ne uirilibus officijs fungantur mulieres.* Origo *uerò prohibitionis coepit à Calpulnia improbissima foemina.* Vide, Foeminae.

Mulieres *pro alio non interueniunt.l.j.in fin.ff.de appellationibus recipiend.uel nõ.* Vlpianus. *Etsi litem praeparandam curare maluerit: intercedere non uidetur, licet ab initio defendere non potest.l.j.ff.ad senatusconf.Velleianum.* Paulus. *Velleiano senatusconsulto plenissimè comprehensum est, ne pro ullo foeminae intercederent.* Nam *sicut maribus ciuilia officia adempta sunt foeminis, & pleraque ipso iure non ualent.*

Mulieres *non possunt curationem suscipere.l.foeminae.ff.de tutel.*

*Mulier*

Mulier *non potest esse procuratrix.l. neque fœmina. in princip.ff.de procuratorib.*

Mulieres *non possunt accusare: nisi res ad eas pertineat.l. si sororem.C. qui accusa. non poss.* Diocletia. *&* Maximia. *Si sororem tuam leuiorem commissorum ream facis: accusationem non prohiberis exercere in iudicio præsidali, quo temerariè commissa congrua ultione plectantur.* Vide, Fœminæ.

Mulier *non potest esse testis in testamento.l. qui testamento.§.mulier.ff.qui test.fac.pos.* Vide, Fœminæ.

Mulieres *sunt loquaces.* Notatur, *l.j.§.sexum.ff. de postuland.*

Mulieres *sunt fragiles & corruptibiles.d.l.qui testamento.§.mulier.ff.qui testam.fac.pos.*

Mulier *minus audet, quàm masculus.l.quisquis.§.ad filias.C.ad leg.*Iul.*maiestat.* Arcad. *&* Honorius. *Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras confidimus.*

Mulier *debet præstare operas, & officium.l. sicut.ff. de oper.libertor.*

Mulier *grauida excusatur si non ueniat ad iudiciũ.l.ij. §.si non propter.ff.si quis cautionib.* Vlpianus. *Si non propter ualetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod grauida erat, exceptionem ei dandam* Labeo *ait. Si tamen post partum decubuerit: probandum erit, quasi ualetudine impeditam.*

Mulier *iterans nuptias, tria negligit: scilicet,* Ius *suum in bonis defuncti memoriam, & filiorum charitatem.* Nouel. De *his qui nupt.iter.§.nos autem iura. Const.* XXII.

Mulier *quæ mortem filij persequi uult, prius debet probare se esse matrem filij occisi.l. non ignorat.C.* Qui

*accuſ.non poſſ.Gordia.* Non ignorat competens iudex eam, *quæ ultionem & mortem filij ſui perſequi allegat, non temerè ad accuſationem eſſe admittendam, niſi prius matrem ſe eſſe probauerit.*

Mulierum *genus eſt auariſſimum in donando.l.ſi ſtipulata.§.ſi uxor.ff. de donat. inter uir. & uxor.* Vlpianus. Imò incongruens *eſt & contrà ſexus naturam.l.ſi à ſponſo.* C.*de donationib. ante nupti.*Conſtantinus. Quod ſi *ſponſa, interueniente oſculo,donationis titulo ( quod rarò accidit) fuerit aliquid ſponſo largita.*

Mulier *eſt ſagacior uiro.l.ij.§.fœminas.C. de his qui ueni.ætat.*

Mulieres *cùm annum decimumoctauum egreſſæ fuerint, ueniam ætatis, impetrare poſſunt. Sed eas propter pudorem & uerecundiam fœminarum cœtui publico demonſtrari non cogimus.Conſtantinus.*Ibid.

Mulier,*duobus uiris nupta eſſe poteſt.Inſt.*De *nupt.§. adfinitatis quoque.*

Mulieres *illuſtrantur dignitate maritorum.* Nouella, De *conſulib.§.hæc itaque.* Conſt.c v. Nam *fœminæ nuptæ clariſſimis perſonis,clariſſimarum fœminarum appellatione continentur.*Vlpia.*in l.fœminæ ff.de ſenatorib.*

L.Mulieres.C.*de dignitatib.*Valentinus & Valens.*Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus.Si autem minoris ordinis uirum poſtea ſortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem.*

Mulieres *non debent conueniri uel inquietari ob culpam maritorum.l.ij.C.ne uxor pro marit.*Diocletia. & Maximia. *Ob maritorum culpam uxores inquietari leges uetant*

uetant.

Mulorum *appellatione & mulæ continentur: quemadmodum appellatione seruorum & seruæ continentur.* Ratio *est: quia sub masculino genere continetur fœmininum.* Vide, Masculinum.

Multitudo *onerosa nihil habet honesti.* Nouell. De *referendar. sacri palat.* §. j. Constit. x 1. c. *extra conscientiam.* Dist. *lxiiij. &* c. *Prudentiam.* De *off. deleg.*

Muros *ciuitatis uel castri transcendens sine licentia principis, capite puniri debet. l. fi. ff. de rer. diui.*

Mutatio *non præsumitur. l. præcepimus. in fin.* C. *de appellationib. & l. sancimus. in prin.* C. *de testament.*

Multa *impediunt contrahenda, quæ non dirimunt iam contracta. l. patre furioso. ff. de his qui sui uel alie. iuris.*

Mutus, *neque surdus, neque infans, neque absens stipulationem contrahere possunt. l. j. ff. de uerb. oblig.* Vlpianus. Stipulatio *non potest confici, nisi utroque loquente.* Et *ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt.* Nec *absens quidem: quoniam exaudire inuicem debent.*

Mutus, *surdus, impubes, furiosus iudices esse non possunt. l. cùm prætor.* §. *non autem. ff. de iudici.*

Mutuum, *est contractus celebratus traditione uera & ficta rei, consistentis in numero, pondere uel mensura, cum spe recipiendi idem in genere suo.* Bartolus, *in l. ij. ff. si cert. petatur.*

## N

NAtura *humana facilè labitur ad delicta.* Vide, Humana.

Naturam *fallere graue est.* Vide, Graue.

N atura

Mendacium *punitur.l.qui alienam.ff.de euict. l. si decem ff.de stat.libert.l.fundum.§.fin.ff.de euictio.*

Mens *proferentis in ambiguis orationibus accipienda est.l.in ambiguis.ff.de regu.iur.* Metianus: *In ambiguis orationibus maximè spectanda sententia est eius, qui eas protulisset.l.inter stipulantem.§.j.ff.de uerb.oblig.*

*L.ueteribus.ff.de pactis.* Papinianus: *Veteribus placet: pactionem obscuram, uel ambiguam uenditori, & qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.* Vide, Ambiguum.

Mens *est potius attendenda, quàm uerba legis. l.scire leges.ff. de legibus. & c.humanæ. xxij.q.v.* Vide, Leges scire.

Mens, *& animus, & consilium ciuitatis posita est in legibus.* Cicero de oratore.

Mentis *integritas non corporis sanitas in testatore eo tempore quo testatur exigenda est.* Labeo in *l.ij.ff.qui testament.fac.poss.*

Mens *& propositum facientis debet inspici.l.j.C.ad leg.Cornel.de sic.* Antoninus: *Crimen enim contrahitur, & si uoluntas nocendi intercedat.l.Diuus.ff.eod.tit. Quia uoluntas, & propositum distinguunt maleficia.*

Mercenarius *dignus est mercede sua.l.si pater. in fin.ff.de donation.b.l.metum.§.sed licet.ff.quod met.causs.* Vlpianus: *Ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse uideor. Matth.cap.x.distinct.lxxxviij.c. Quoniam.xij.q.ij. cap.Charitatem.& c.Quicunq; suffragio.*

*L.j.C.de assessoribus, & domestic.& cancella.* Diocletianus, & Maximianus: *Studiorum labor meretur, ut ij, qui in publicis administrationibus constituti, sociari sibi consiliorum participes cupiunt: spe præmiorum atq; honorific*

*norificentia sua prouocet eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam.*

Meretrix *à merendo dicitur, ut Valla ait.*

Meretrix *à legibus excluditur. l. si ea, quæ. C. ad leg. Iulia. de adulter. Si ea, quæ stupro tibi cognita, & paßim uenalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more uulgo se præbuit: adulterij crimen in ea cessat.*

Meretricem Impp. *appellant mercalem uxorem, in l. mercalem. C. de condict. ob turp. caus.*

Meretrix *non est, quæ cum uno, aut altero etiam pecunia accepta se commiscet: sed ea, quæ palàm & pluribus se prostituit. c. uiduam. Distinct. xxxiij. c. meretrices. xxxiij. q. iij.*

Meretrix *appellatur ab Vlpiano, Vulgaris mulier, in l. si uxor. §. sed &. ff. ad leg. Iuliam de adulter. Sed & in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quæ uulgaris fuerit.*

Meretrici *datum, repeti non potest. l. idem si ob stuprum. §. sed quod. ff. de condict. ob turp. caus. Sed & quod meretrici datur, repeti non potest, ut Labeo, & Marcellus scribunt: sed noua ratione, non eò, quòd utriusque turpitudo uersatur, sed solius dantis. Illam enim turpiter facere, quòd sit meretrix: sed nō turpiter accipere, cùm sit meretrix.*

*L. affectionis. ff. de donationibus. Vlpianus. Affectionis gratia neque honestæ, neque inhonestæ donationes prohibitæ sunt. Honestæ erga benemerentes amicos, uel necessarios: inhonestæ, circa meretrices.*

Metus *est instantis, uel futuri periculi causa mentis trepidatio. Vlpianus in l. j. in fin. ff. quod met. caus.*

Meum *quod est, amplius meum fieri non potest. Instit. de legat. §. sed si rem. Sed si rem legatarij quis ei legauerit:*

*uerit: inutile est legatum: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest.*

Meum *est quod pro parte meum est.l.si ut proponis.C.de ædifici.priuat.*

Miles *appellatur uel à malitia,id est,duritia, quam pro nobis sustinet: aut à multitudine: aut à malo, quod arcere milites solent: aut à Græco uerbo* χίλιοι χιμιαςὺς *tractum est.Vlpianus in l.j.§.miles.ff.de mil.testa.*

Milites *dicuntur defensores nostri, & non domini. l.ab hostibus capti..C.de postlimi. & redempt. ab hostib.* Diocletian. & Maximian. *Serui autem dominis suis restituentur.* Receptos *enim eos, non captos iudicare debemus, & milites nostros defensores eorum decet esse, non dominos.*

Miles *magis scire debet arma, quàm leges.* Vide, Arma.

Miles *non potest esse procurator. l. militem. C. de procuratorib.* Alexander. *Militem nec pro patre, uel matre, uel etiam uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri oportet: cùm neque defensionem alienam suscipere permittatur.*

Miles *non potest aliquem accusare, nisi suam uel suorum iniuriam prosequatur.l. non prohibentur. C. qui accusa.non poss.* Gordianus. Non *prohibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar obtineat intendere, si suas suorumq; iniurias exequantur.* Ideoq; *consobrini tui necem defendere,tibi permittimus.*

Milites *non possunt esse aduocati.* Instit. *de interdict.§.qui autem aliquem.* Quia *debent intendere armis.l. scimus.C.de iur.deliberand.*

Minor *xxv. annis non potest esse procurator.l. minor,*

*nor.ff.de procuratorib.*

Ministros *paucos bonos habere melius & sanctius est, quàm multos malos. Quia si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent.c.cùm sit ars.de ætate & qualit.ord.*

Minor *xiiij.annis non potest testari.l.qua ætate.ff.qui testament.fac.pos.* Vide, Maiores.

Minor *xiiij.annis non potest esse iudex.l.quidam.ff.de re iudica.* Sed *minor xxv.annis sententiam dicere potest & magistratum gerere.*

Minores *xxv.annis hæredes scripti, non tenentur uindicare mortem testatoris, si testator interfectus fuerit.l.minoribus.in prin.C.de his quibus ut indig.* Alexander. *Minoribus xxv.annis hæredibus nō obesse crimen inultæ mortis placuit.* Secus *si essent maiores xxv.annis, tenerentur uindicare mortem testatoris.§.quod si.ead.leg.*

Minus *peccat qui illicita docet, quàm qui discit.l.ij.C.de hæretic.*

Minus *tribui uidetur, & si nihil tribuatur.l.illud.§.si cuius dolo.ff.de tribut.actio.* Vlpianus: *Minus autem tribuere dominus uidetur, etiam si nihil tributum est.* Instit. *Quod cum eo.§.istas tamen duas.l.minus.ff.de uerb. signi.* Paulus. *Minus solutum intelligitur, etiam si nihil esset solutum.*

Minus *semper inest in eo quod plus est.* Paulus *l.in eo.ff.de reg.iur.*

Modestius *facit, qui refert iusiurandum, quàm qui iurat.l.illud aut illud.ff.de constituta pecun.* Papinianus. *Si iureiurando delato, deberi tibi iuraueris: cùm habeas eo nomine actionem, rectè de constituta agis. Sed & si non ultro detulero iusiurandum, sed referendi necessitate compulsus, id fecero: quia nemo dubitat modestius facere, qui referat, quàm qui ipse iuret: nulla distinctio adhibetur,*

*bere,neq; opes accumulare.* Nouell. De Monach. *&* *ascet. in princ.* Constit.v. *Ac descripsimus quidam iam constitutionem,quæ uult,ut monachi, & si magno cõtinentur numero, secundum formam cœnobiorum (ut appellant) in commune uitam degant, neque proprias habeant possessiones, neque opes accumulent,neq; clàm testibus uiuant, sed & communiter cibum capiant,& in communi loco cubent.*

Mors *omnibus hominibus terminus uitæ est.* Nouell. De *hæredib.& falcid.§.neque quisquam.* Constit.j.

Mors *omnia soluit.* Nouell. De *his qui nupt.iter.§. quod autem.* Constit.xxij.

Morte *crimen extinguitur.l.j.C.si reus uel accu.mort. fu.* Antoninus. Et si Marcellus *qui crimine falsi postulabatur,uita functus est,ac per hoc crimen in persona eius sit extinctum:accusatio tamen non est abolita.*

Morte *omnia crimina extinguuntur,exceptis quibusdam grauissimis.l.ij.iij.& iiij.C.si reus uel accus.* Antoninus. *Si is,quem homicidij seu cuiusuis criminis postulasti reum, uita functus est:frustra ob pœnam desertæ accusationis conueniris:cùm morte eius crimen cum pœna sit extinctum,ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis.*

Morte *nihil certius est,nihil uerò incertius eius hora. l.j.ff.de conditionib.& demonstrationib.*

Mortem *inferens,mortem pati debet.l.j.§.& qui hominem.ff.ad leg.Cornel.de sicar.*

Mortuorum *cadauera debiti nomine detinere,aut horum sepulturæ impedimentum inferre non licet.* Nouell. Vt *cùm de appellationib.§.memoria insuper. & §.sancimus.* Constit. c x v. *Sancimus igitur, ut nemini prorsus defuncti hæredes, uel parentes, uel liberos, uel uxorem, uel agnatos, uel alios cognatos, uel alioqui adfines eius,*

uel fideiussores, ante nouem dierum spatium, in quibus lugere uidentur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negotium facessere, aut citationem aliquam ijs offerre, seu in ius uocare, siue debiti nomine, quod à defuncto descendit, siue quacunque alia de causa, quæ specialiter memoratas personas respiciat. Sin uerò intra nouem dies quamlibet prædictarum personarum prehendere, aut adoriri, aut cautionem aliquam, seu promißionem, seu fideiußionem ab ulla earum accipere ausus fuerit, ut hæc omnia irrita sint, sancimus. Post decursum uerò nouem dierum, si quis contra huiusmodi personas aliquam se habere actionem putauerit, has secundum leges exerceto: nullo uidelicet præiudicio actoribus ex interuallo circa longi temporis præscriptionem, aut quancunque aliam legitimam allegationem penitus generando. Et Nouell. Ne defunct. seu reliquiæ eorum à creditorib. Constit. L X.

Morte *mandantis expirat mandatum.* Instit. de manda. §. item si. Item si adhuc integro mandato, mors alterius interueniat, id est uel eius, qui mandauerit, uel illius qui mandatum susceperit: soluitur mandatum. c. relatum. & c. gratum. de offic. deleg.

Mori *felicius est, quàm peccare.* L. isti quidem. §. quòd si. ff. quod met. caus. Paulus. Quod si dederit, ne stuprum patiatur uir, seu mulier: hoc edictum locum habet: cùm uiris bonis iste metus maior, quàm mortis esse debeat.

L. j. ff. de bon. eor. qui ante sent. Vlpia. In capitalibus criminibus à principibus decretum est, non nocere ei, qui aduersarium corruperit: sed in his demum quæ pœnam mortis continent. Et xv. q. vj. c. autoritate.

Morbo *laboranti succurri debet.* l. legem. C. de naturalib. liber. Remittenda fuit mouente misericordia, qua indigni

*gni sunt, qui alieno laborant uitio.*

Mora *modici temporis magnum damnum adferre non potest.* Vide, Damnum.

Mora *nulla ibi fieri intelligitur, ubi nulla petitio est.* Vide, Petitio.

Moram *purgare licitum est. l. sed & si alia. ff. de constit. pecuni. l. magnam legum. C. de contrahend. & committend. stipul.*

Mos *antiquorum est seruandus. l. more maiorum. ff. de iurisdict.* Nam *constitutiones patrum singulorum opinionibus sunt præferendæ. c. ne innitaris. de constitut. l. testamenta omnia. C. de testam. Arcad. &* Honorius. Mos *nanque retinendus est fidelißimæ uetustatis, quem si quis in hac urbe uoluerit mutare: irritam mortuorum uideri faciet uoluntatem. l. maximum uitium. C. de liber. præt.*

Mores *boni præualent diuitijs.* Vide, Boni mores.

Moribus *bonis repugnans, nullius est momenti. l. pacta quæ contra. ff. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig.*

Mos *regionis seruandus est. l. j. in fin. ff. de incipiend. uent.* Vlpianus. *Sed mos regionis inspiciendus est, & secundum eum & obseruari uentrem, & partum, & infantem oportet. distinct. viij. c. quæ contra mores. & l. item eorum quæ. ff. quod cuiusque.* Nam *iudex seruabit ea quæ in eodem oppido frequenter obseruata sunt, & legatus seruabit consuetudinem prouinciæ.* Nam *magni faciunt prouinciales sibi seruari consuetudines suas & huiusmodi prærogatiuas. l. obseruare. ff. de offic. proconsul. l. iij. in fin. ff. de testib. Imò uidetur quod iudicabit secundum ius* Romanum. *Instit. de satisdatio. tutor. §. subsidiaria. in fin. de sent. & re iudicat. c. in causis. &* xxv. *q. ij. c. seruatis. Solu-*

n 4 tionem

*tionem si uidere uolueris adi.c.illud breuiter.xij.distin. quia non aduersa, sed diuersa sunt.*

Mulieris *appellatione, uirgo uiripotens continetur. Caius in l.mulieris.ff.de uerb.signif.l.quæritur.§.mulierem ita.ff.de ædil.edict.* Vlpianus. *Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poßit, sanam non uideri constat.*

Mulieres *ab officijs publicis remotæ sunt.* Et ideo *nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec curatores existere.l. ij.ff.de reg.iur.*

Mulieres *non possunt esse iudices.l.cùm prætor.§. moribus.ff.de iudici.* Paulus. *Fœminæ & serui: non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, ut ciuilibus officijs non fungantur.*

Mulieres *non postulant.l.j.§.sexum quidem.ff.de postuland.* Vlpianus. *Sexum quidem, dum fœminas prohibet pro alijs postulare.* Et *ratio quidem prohibendi est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant: ne uirilibus officijs fungantur mulieres.* Origo *uerò prohibitionis cœpit à Calpulnia improbißima fœmina.* Vide, Fœminæ.

Mulieres *pro alio non interueniunt.l.j.in fin.ff.de appellationibus recipiend.uel nõ.* Vlpianus. Et *si litem præparandam curare maluerit: intercedere non uidetur, licet ab initio defendere non potest.l.j.ff.ad senatusconf.* Velleianum. *Paulus.* Velleiano *senatusconsulto plenißimè comprehensum est, ne pro ullo fœminæ intercederent.* Nam *sicut maribus ciuilia officia adempta sunt fœminis, & pleraque ipso iure non ualent.*

Mulieres *non possunt curationem suscipere. l. fœminæ.ff.de tutel.*

*Mulier*

Mulier *non potest esse procuratrix.l. neque fœmina. in princip.ff.de procuratorib.*

Mulieres *non possunt accusare: nisi res ad eas pertineat.l. si sororem.C. qui accusa. non poss.* Diocletia. *&* Maximia. *Si sororem tuam leuiorem commissorum ream facis: accusationem non prohiberis exercere in iudicio præsidali, quo temerarie commissa congrua ultione plectantur.* Vide, Fœminæ.

Mulier *non potest esse testis in testamento.l. qui testamento.§.mulier.ff.qui test.fac.pos.* Vide, Fœminæ.

Mulieres *sunt loquaces.* Notatur, *l.j.§.sexum.ff.de postuland.*

Mulieres *sunt fragiles & corruptibiles.d.l.qui testamento.§.mulier.ff.qui testam.fac.pos.*

Mulier *minus audet, quàm masculus.l.quisquis.§.ad filias.C.ad leg.Iul.maiestat.Arcad.&* Honorius. *Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras confidimus.*

Mulier *debet præstare operas, & officium.l. sicut.ff. de oper.libertor.*

Mulier *grauida excusatur si non ueniat ad iudiciũ.l.ij. §.si non propter.ff.si quis cautionib.* Vlpianus. *Si non propter ualetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod grauida erat, exceptionem ei dandam* Labeo *ait. Si tamen post partum decubuerit: probandum erit, quasi ualetudine impeditam.*

Mulier *iterans nuptias, tria negligit: scilicet,* Ius *suum in bonis defuncti memoriam, & filiorum charitatem.* Nouel. De *his qui nupt.iter.§.nos autem iura. Const.* XXII.

Mulier *quæ mortem filij persequi uult, prius debet probare se esse matrem filij occisi.l. non ignorat.C.* Qui

*accuſ.non poſſ.Gordia.* Non *ignorat competens iudex eam, quæ ultionem & mortem filij ſui perſequi allegat, non temerè ad accuſationem eſſe admittendam, niſi prius matrem ſe eſſe probauerit.*

Mulierum *genus eſt auarißimum in donando.l.ſi ſtipulata.§.ſi uxor.ff. de donat. inter uir. & uxor.* Vlpianus. *Imò incongruens eſt & contrà ſexus naturam.l.ſi à ſponſo.* C.*de donationib. ante nupti.Conſtantinus. Quod ſi ſponſa, interueniente oſculo, donationis titulo ( quod rarò accidit) fuerit aliquid ſponſo largita.*

Mulier *eſt ſagacior uiro.l.ij.§.fœminas.*C. *de his qui ueni.ætat.*

Mulieres *cùm annum decimumoctauum egreſſæ fuerint, ueniam ætatis, impetrare poſſunt. Sed eas propter pudorem & uerecundiam fœminarum cœtui publico demonſtrari non cogimus.Conſtantinus.*Ibid.

Mulier, *duobus uiris nupta eſſe poteſt.*Inſt.De *nupt.§. adfinitatis quoque.*

Mulieres *illuſtrantur dignitate maritorum.* Nouella, De *conſulib.§.hæc itaque. Conſt.*c v. *Nam fœminæ nuptæ clarißimis perſonis, clarißimarum fœminarum appellatione continentur.*Vlpia.*in l.fœminæ ff.de ſenatorib.*

L.*Mulieres.C.de dignitatib.*Valentinus & Valens.*Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus.Si autem minoris ordinis uirum poſtea ſortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem.*

Mulieres *non debent conueniri uel inquietari ob culpam maritorum.l.ij.C.ne uxor pro marit.*Diocletia. & Maximia. *Ob maritorum culpam uxores inquietari leges uetant*

*uetant.*

Mulorum *appellatione & mulæ continentur: quemadmodum appellatione seruorum & seruæ continentur. Ratio est: quia sub masculino genere continetur fœmininum.* Vide, Masculinum.

Multitudo *onerosa nihil habet honesti.* Nouell. De *referendar. sacri palat.* §. j. Constit. x 1. c. extra conscientiam. Dist. lxiiij. & c. Prudentiam. De off. deleg.

Muros *ciuitatis uel castri transcendens sine licentia principis, capite puniri debet. l. fi. ff. de rer. diui.*

Mutatio *non præsumitur. l. præcepimus. in fin. C. de appellationib. & l. sancimus. in prin. C. de testament.*

Multa *impediunt contrahenda, quæ non dirimunt iam contracta. l. patre furioso. ff. de his qui sui uel alie. iuris.*

Mutus, *neque surdus, neque infans, neque absens stipulationem contrahere possunt. l. j. ff. de uerb. oblig.* Vlpianus. *Stipulatio non potest confici, nisi utroque loquente. Et ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt. Nec absens quidem: quoniam exaudire inuicem debent.*

Mutus, *surdus, impubes, furiosus iudices esse non possunt. l. cùm prætor. §. non autem. ff. de iudici.*

Mutuum, *est contractus celebratus traditione uera & ficta rei, consistentis in numero, pondere uel mensura, cum spe recipiendi idem in genere suo. Bartolus, in l. ij. ff. si cert. petatur.*

## N

NAtura *humana facilè labitur ad delicta.* Vide, Humana.

Naturam *fallere graue est.* Vide, Graue.

N atura

Natura *cùm inter nos quandam cognationem constituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.* Florentinus *in l.ut uim.ff. de iust. & iur.* Vide, Hominem.

Nauis *ad hoc parata est, ut nauigetur.l.* Arboribus. *§.nauis.ff. de usufruct. & quemad.* Vlpianus. Nauis *usufructu legato nauigatum mittendam puto, licet naufragij periculum immineat.* Nauis *etenim ad hoc paratur, ut nauigetur.*

Necessitas *non habet legem.l.j.ff.de offi.procon.* Infirmitate *scilicet uel alia causa impeditus.l.non solum.§.fin. ff.de excusat.tut.* Si *quis etiam ita ægrotus fuerit, ut oporteret eum omnino demitti à tutela: in locum eius interim curator dabitur.* Sanatus *autem hic rursus recipiet tutelam.l. aliquando.ff.de offi.* Proconf.*l.ij.*C.*de patrib.qui fil.*De *consecrat.distin.j.c.sicut.*

Necessitatem *sibi imponenti non succurritur.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisd.cog.* Vlpi. Si *necessaria satisdatio fuerit, & non facilè possit reus eam ibi præstare, ubi conuenitur: potest audiri si in alia eius prouinciæ ciuitate satisdationem præstare paratus sit.* Si *autem satisdatio uoluntaria est, non alium in locum remittitur.* Nec *enim meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit.l.de die.in fi.ff.eod.tit.*

Necessitas *officij aliquem excusat.l.tutorē. in princ. ff.de his quib.ut indig.auf.* Triphoninus. Quia *officij necessitas, & tutoris fides excusata esse debet.*

Negationes *duæ, æquipollent adfirmationi.l.duobus.ff.de uerbo.signifi.* Caius. Duobus *negatiuis uerbis quasi permittit lex magis, quàm prohibeat.* Idq; *etiam* Seruius *animaduertit.* Et *in proœmio* Inst.*§. cumq; hoc* Deo. Dum

dicit.

*dicit.Nec non Theophilo.*

*L.j.C.de seruis fugiti.l. fluminum. in prin.ff. de dam. infect. Cum nemine nihil faciente locus ipse publicus.l.j.ff.de leg.III.Inst.de inutilib.stipul.§.seruus.*

Negans, *non tenetur probare.l.ij.ff. de probationib. & l.actor.C.eod.tit.*

Negans *unum,aliud concedere uidetur.* Et è *contrario.l.maritus.C.de procura.l.cùm prætor.ff.de iudic.*

Negationes *faciunt rem dubiam in iudicijs.l.ij.C. quib.ad libertat.proclamar.non licet.*

Negare,*tacere,uel obscurè respondere, idem est.l. de ætate.§.nihil interest.ff.de interrog.in iur. faci.* Vlpia. *Nihil interest,neget quis,an taceat interrogatus,an obscurè respon deat,ut incertum dimittat interrogatorem.*

Negligens *nemo debet esse in officio suo.l.cùm plures.§.nimium est.ff.de admin.& peri.tut.l. si duas habenti. §.decet autem.ff.de excus.tut.*Modestinus.*Nisi dogmate Senatus inscripti fuerint numero concesso,& circa operationem se negligenter non habeant.l.diuus Marcus.in fi.ff. de offic.præsid.* Macer. *Quod si committatur: non immeritò culpæ eorum adscribendum est,qui negligentiores in officio fuerint.*

Negligentia *lædit.* Nouel. *de quæstore.§. cæterum qui.Const.*LXXX.*l.pen.C.de donationib.*

Negligentia *unius alteri non debet nocere.l.iij.§. quare.ff.de transactionib.*Scæuola.*Aut si cauit sibi pro oneribus hæreditarijs:aut si non cauit, non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre.l.rem hæreditariam. in fi. ff.de euict.*Papinianus.*Cùm cohæredis negligentia damnosa non debet esse alteri.*

Negligentia *dissoluta prope dolum est.* Vlpianus *in l.si*

*l.si fideiussor.in princip.ff.mandat.*

Negligentia,*cum negligentia compensatur.l.si ambo.in prin.ff.de compensat.* Vlpia. *Si ambo socij parem negligentiam societati adhibuimus:dicendum est, desinere nos inuicem esse obligatos,ipso iure compensatione negligentiæ facta.l.cùm par.ff.de reg.iur.*

Negotia *commissa pluribus, securius expediuntur.l. ult.C.de fideico.libert.& c.prudentiam.De offi.deleg.*

Negotia *commissa pluribus, securius expediuntur.l. iij.§. adparet igitur.ff. de administratio. & pericul. tutor.* Vlpian. *Sanè enim facilius unus tutor & actiones exercet, & excipit,ne per multos tutela spargatur.*

Negotia *uigilanter sunt peragenda.* Vigilantibus *enim & non dormientibus iura subueniunt.l.pupillus. in fi. ff.de his quæ in fraud.cred.l.quod debetur.ff.de peculi.*

Nemo *sine actione experitur .l. quoties tutor .§. item si temporali.ff. de adminis. tuto.* Vlpianus. *Aduersus alios enim experiri sine actione non potuit, aduersus se potuit.*

Nihil *tam naturale est, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est: ideoq; uerborum obligatio, uerbis tollitur:nudi consensus obligatio : contrario consensu dissoluitur.*Vlp.*in l.nihil tam.ff.de reg.iur.*

Nocentem *dimittere melius est, quàm innocentem puniri.l.absentem.ff.de pœnis.*Vlpianus.*Satius enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.*

Nomina *& uerba transposita idem significant.l.quidam testamento.ff.de pecul.legat.*

Nomina *debent rebus quantum licet explicandis accommodari.Inst.de donationib.§.sed nos. Sed nos plenißimo*

*fini*

*fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes.*

Nomen *suum quilibet mutare potest, dum tamen fiat sine fraude. l. j. C. de mutat. nom.* Diocletianus & Maximi. *Sicut initio nominis, cognominis, prænominis recognoscendi singulos impositio priuatis libera est: ita horum mutatio innocentibus periculosa non est.* Mutare itaque nomen, uel cognomen, uel prænomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, secundum ea quæ sæpe statuta sunt, minimè prohiberis, nullo ex hoc præiudicio futuro.

Nomen *bonum habere est bonũ. l. j. in fi. C. de summ.* Trinitat. Prouerb. xxij.

Nominibus *diuersis non sunt nominanda, quæ censentur eadem. l. si idem. C. de codicil.* Constantinus. *Si idem codicilli, quod testamenta possunt: cur diuersum his instrumenti uocabulum mandaretur, quæ uis ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris autoritate data non est. l. fin. C. de testament. milit. & l. hac consultißima. C. qui testamen. facer. pos.* Vide, Diuersis.

Non *omne quod licet, honestum est.* Paulus *in l. non omne. ff. de reg. iur.*

Non *uelle eius est, qui potest & uelle. l. iij. ff. eod. tit.*

Non *minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri.* Notatur C. de non. codicil. confirmand.

Non *refert, an aliquid non fiat, uel non bene fiat. l. quoties. ff. qui satisdare cogant.* Paulus. *Quoties uitiosè cautum uel satisdatum est, non uidetur cautum.*

Nostrum *est, quod ex re nostra fit.* Inst. *de rer. diuis. §. item ea.*

Nulli *credi debet mandatum principis alleganti, nisi ostende*

*ostenderit eius literas.l.j.C.de mandat.princip.* Gratian. *Valens & Theodosius. Si quis adferat cum mandatis nostris secretis se uenisse: omnes sciant, nemini quidquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum: nec ullius dignitate terreri, siue ullius tribuni, siue notarij, siue comitis proferant dignitatem: sed sacras nostras literas esse quærendas.*

Noxa *caput sequitur.Inst.de noxalib.actionib.§.omnis autem.*

Noxa *est ipsum corpus quod nocuit, id est seruus. Inst. de noxalib.actionib.§.noxa.*

Noxia *est ipsum maleficium, ueluti furtum, damnum, rapina, iniuria.Inst.ibid.*

Nuptias, *non concubitus, sed consensus facit.l. cum fuerit.ff.de condit.& demonstr.* Caius. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.l.nuptias.ff.de reg.iur.*

Nuptiæ *replent mundum: uirginitas non contemnendum donum.* Nouell. *de his qui nupt. iter. in princip.* Const. XVII. *Notatur in c.causam matrimonij.* De probatio. Et *xxxij. quæst.j.* Nuptiæ. Et *facit optime.* Nouell. *Ne quo in loco per imper.§.sancimus.* Constit. XIII. *Sancimus igitur, ut quisquam pro se, quantum in ipso est, castitatem colat quæ sola hominum animas cum fiducia* Deo *præsentare potis est.*

## O

OBligatio *est iuris uinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura.* Inst.de *obligat.in prin.*

Obligationum *diuisio in duo genera deducitur.* Nanque *aut ciuiles sunt, aut prætoriæ.ibidem.*

Obligationes Ciuiles *sunt, quæ aut legibus constitutæ,*

*tutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt.*

Obligationes *Prætoriæ, ſunt quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ uocantur. ibidem.*

Obligationes *aut ſunt ex contractu, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Ibid.*

Obligationum *quæ ex contractu ſunt quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut uerbis, aut literis, aut conſenſu. eod. tit.*

Obligatio *inter dominum & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla naſcitur. Inſtit. de noxal. act. §. ſi ſeruus.*

Obligatio *in perſonam ſeruilem nulla cadit. l. in perſonam. ff. de reg. iur.*

Obligatio *eſt mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procuratorib.*

Obligatio *omnis tollitur ſolutione eius, quod debetur. inſtit. Quib. mod. tollit. oblig. Tollitur autem omnis obligatio ſolutione eius, quod debetur. Vel ſi quis, conſentiente creditore, aliud pro alio ſoluerit.*

Obligationem *uerbis contractam: uerbis tolli conſentaneum eſt. inſtit. dict. tit. §. Quod enim. Conſentaneum enim uiſum eſt, uerbis factam obligationem, alijs poſſe uerbis diſſolui. Ratio eſt in l. nihil. ff. de reg. iur.*

Obligationes *in quibus dies non apponitur, præſenti die procedunt. Pomponius in l. in omnibus. ff. de regu. iur.*

Obligatio *in perpetuum ſublata reſtitui non poteſt. Paulus in l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & liberat.*

Obligationem *alterius in ſe ſub ſtipulatione ſuſcipiens, ſoluere cogitur. l. ſi pater. C. de donationib. Diocle. & Maxim. Si pater tuus, cui te ſucceßiſſe proponis, creditori*

*pro Alexandro suscepto nomine certam pecuniam stipulanti spopondit: licet per improbitatem* Alexander *ei satis non fecit: tamen summæ promissæ nimis improbè solutio denegatur.instit.de inutil.stipul.§.si quis.*

Obligatio *adhæret debitoribus.l.quis ergo casus. ff. de pecul.* Et *imprimitur in eos sicut character.* Notatur *in l. iij.ff.pro socio.*

Obligatio *naturalis iureiurando tollitur.* Pomponius *l.fin.§.eandem rem.ff.de iureiurand.*

Obligatio *impoßibilium nulla est.* Vide, Impossibilium.

Obligatio *abesse uidetur id, quod promisit. l. si quis mandatu.in fi.ff.neg.gestor.*Iabolenus*: Quia id ei abesse uidetur,in quo obligatus est.*

Obligatio *re contrahi non potest, nisi quatenus datum est.*Paulus *in l.si tibi decem.in princ.ff.de pact.*

Obligatio *naturalis tollitur per pactum ipso iure. l. si ego tibi. ff.de acceptil.l.Stichum. §. naturalis oblig. ff. de solut.& liberat.* Papinianus*:* Naturalis *obligatio ut pecuniæ numeratione, ita iusto pacto uel iureiurando ipso iure tollitur: quia uinculum æquitatis, quo solo sustinebatur, conuentionis æquitate dissoluitur.* Idcoq; *fideiussor, quem pupillus dedit,ex istis causis liberari dicitur. l.cum in eo. ff. de pact.* Et *disce hic ex* Papiniano*, æquitatem ab æquitate in suis casibus uinci.*

Obligationes *quoque princeps concedere uidetur, cùm alicui bona concedit.l.princeps.ff.de uerb.signifi.* Paulus*:* Princeps *bona concedendo, uidetur etiam obligationes concedere.*

Obsides *ab ob & fide mutata litera, quasi ob fidem datos rectè dictos esse existimat* Festus.

Obsi

Obſides *ſunt, qui dabantur à Romanis hoſtibus pro captiuis redimendis, uel pro pace obſeruanda. Notatur in l. obſides. ff. qui teſta. facer. poß.*

Obſides *pro fœdere ſeu fide liberi noſtri dari poſſunt. Moribus enim id ius introductum eſt.*

Obſides *ſic traduntur etiam nunc, ut ſi dator obſidis à fide recedat, poßit recipiens ſæuire in corpus & uitam eius qui datus eſt obſes. Huius fit mentio in c. ex ſcripto. de iureiurand.*

Obſides *teſtari non poſſunt, niſi eis permittatur. Vlpianus in l. obſides. ff. qui teſt. fa. poß.*

Occaſionem *qui præſtat, damnum feciſſe uidetur. Paulus in l. qui occidit. §. ſiquidem. ff. ad leg. Aquil.*

Occaſio *delinquendi dari non debet. Cle. j de teſtam. c. ij. & c. ne aptandæ. de conceß. præb. lib. vj.*

Occaſio *malignandi eſt auferenda. inſtit. de ui bonor. raptor. §. ſed ne dum.*

Oculorum *inſpectio multum facit. l. quod meo nomine. §. ſi uenditorem. ff. de acqui. uel admittend. poſſeſ. Celſus: Aut ſi uicinum mihi fundum mercato uenditor in mea turre demonſtret, uacuamq; poſſeßionem tradere dicat: non minus poßidere cœpi, quàm ſi pedem finibus intuliſſem. l. ſatiſq;. in fin. ff. de in ius uocand.*

Odio *alieno nemo debet prægrauari. l. ſancimus. C. de pœn. Arcad. & Honor. Sancimus ibi eſſe pœnam, ubi & noxa eſt. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia ſubmouemus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim adfinitas, uel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur ſuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum.*

*L. ſi quis teſtamento. §. legis. in fin. C. de inofficioſ. te-*

*ftament.* *Iustinianus*: *Hoc iniquum iudicantes, ut alieno odio alius prægrauaretur.*

Odia *sunt restringenda: fauores uerò ampliandi.* Vide, Fauores.

Officium *suum nemini nocere debet. l. sed si quis. in princ. ff. de testamen.* Caius: *Sed si quis ex signatoribus aberit: mitti debent tabulæ testamenti, ubi ipse sit, uti agnoscat. Nam reuocari eum agnoscendi causa, onerosum est: quippe sæpe cum magna captione à rebus nostris auocamur: & est iniquum, damnosum cuiq; esse officium suum.*

Officialis *quod debet alijs prohibere, id ipse committere non debet. l. altius. ff. si seruit. uindicet.* Vlpianus: *Quia quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit.*

Omne *quod est nimium, uertitur in uitium.* Notatur, Nouell. *Vt determinat. sit numer. clericor. in princip.* Const. I I I.

Omnes *uidentur facere, quod maior pars facit. l. quod maior. ff. ad municipal. l. aliud. ff. de reg. iur.* Vlpianus: *Refertur ad uniuersos quod publicè fit per maiorem partem. l. maiorem. ff. de pactis. l. nominationum. C. de decurionib.* Vide, Iudicio.

Omnia *simul memoria teneri non possunt.* Vide, Memoriam.

Omnes *scire debent: quod non solum est, id ad alios modis omnibus pertinere: cum talis dispositio iandudum ueteribus legibus definita est: dicentibus, si quis alienam rem aduersus domini uoluntatem attigerit, furti actione teneri.* Iustinianus *l. in fin. in fi. C. unde ui.*

Omne *qui dicit, nihil excludit.* Notatur *in l. à procuratore. C. mandat. l. j. C. de hæred. institut. l. quod si Me-*

*uius*

*uius.ff.eod.tit.*

Onus *qui sentit, sentire debet & emolumentum.l. secundum naturam.ff.de reg.iur.*Paulus: *Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. A contrario sensu.instit.de legit.patr.tut.in fi. Quia plerunque ubi successionis est emolumentum, ibi tutelæ onus esse debet.instit.de emp.& uend.§.sed & si.* Nam & *commodum eius esse debet, cuius periculum est.l.si quis negotia. ff. nego.gesto.l.fin. §.sed cum.in fin. C.de furt.* Iustinianus: *Vbi enim periculum, ibi & lucrum collocetur. l. qui proprio.ff.de procurat.l.Iulianus.§.ex uendito.ff.de act. empt. & uend.l.j.C.de cadu.tollend.*

Onus *probandi incumbit ei, qui dicit, non qui negat. l.ij.ff.de probationib.*Vide, Actori.

Opinio *nonnunquam ob publicam utilitatem præfertur ueritati. l.Barbarius. ff. de offic.præt. l. doli uerbum.in prin.ff.de ser.corrup.Instit.de legat.§. si quis.* Si quis *rem tuam quasi alienam legauerit: ualet legatum.* Nam *plus ualet, quod in ueritate est, quàm quod in opinione.*

Opera *alicuius sæpè pluris, quàm pecunia æstimatur. institut.de societat.§.nam & ita.*

Oratio *indicat mentem proferentis.* Vide, Mens. Ambiguum.

Ordo *scripturæ plerunque non spectatur. l.nec enim. ff.de solutionib.& liberationib.* Paulus: Nec *enim ordo scripturæ spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi uidetur.l.eo quod à multis.C.si cert.petat.l.quoties duobus.ff. de usufruct.*

Ordo *debet seruari in honoribus deferendis. l.ut gradatim.in prin.ff.de muneribus.& honorib.* Et *xciij.distinct.c. legimus.in fi.lxiij.distinct.c.sicut semel.*

Ordo *præcedentis & sequentis non est inter æquales l.nepotibus.C.undè legit.& undè cognat.*

P

PActum *à pactione dicitur, unde etiam pacis nomen appellatum.l.j.in princ.ff.de pactis.*

Pactum *siue pactio, est duorum plurium'ue in idem placitum consensus.Ibid.*

Pactum *à pollicitatione sic differt.* Pactum *est duorum consensus atque conuentio.* Pollicitatio *offerentis solius promissum.*Vlpianus *in l.pactum est.ff.de pollicita.*

Pacta *quæ contra leges, constitutionesq́; , uel contra bonos mores fiunt, nullam uim habere, indubitati iuris est.* Antoninus *in l.pacta quæ. C.de pact.*

L.*non dubium.in princip.* C.*de legib.*Theodo.*&* Valent. *Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos uideri uolumus subsecutum, qui contrahunt.l.contrahere prohibente.*

Pacta, *quæ turpem causam continent, non sunt obseruanda: ueluti si paciscar, ne furti agam, uel iniuriarum.* Paulus *in l.si unus.* §. *pacta. ff.de pactis. dict.l. pacta quæ.* C.*eod.tit.*

Pacta *dolo malo facta, non sunt seruanda. l. iurisgentium.§.dolo malo.ff.eod.tit.*

Pactum *à iure communi remotum seruari non oportet.l.iurisgentium.§.& generaliter.ff.de pact.* Et *iuramentum factum in tali pacto seruandum non est.* Vlpianus: *Et generaliter, quoties pactum à iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. Nec legatum, nec iusiurandum de hoc adactum ne quis agat, seruandum.* Marcellus *lib.secundo digestorum scribit.*

Pactum *personale non transit ad hæredem. l. si tibi decem*

*decem.§.si quis paciscatur.ff.eod.tit.* Paulus: *Si quis paciscatur, ne à se petatur: hæredi exceptio non proderit. Si pactus sim, ne à me, ne'ue à Titio petatur: non proderit Titio, etiam si mihi hæres extiterit: quia ex post facto id confirmari non potest. Et hoc Iulianus scribit in patre, qui pactus erat, ne à se, ne'ue à filia sua peteretur: cùm filia patris hæres extitisset. Et ideò si fecerim pactum cum creditore meo ne à me petat, sed ab hærede: hæredi non proderit exceptio: quia est pactum personale. dict. l. iurisgentium.§.pactorum autem.*

Pactum *factum super futura hæreditate non ualet, nisi consenserit testator.l.fi.C.de pact.* Iustinianus: *Secundum itaq; ueteres regulas sancimus: omnimodo huiusmodi pacta, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obseruari: nisi ipse fortè, de cuius hæreditate pactum est, uoluntatem suam eis accommodauerit, & in eam usq; ad extremum uitæ suæ spatium perseuerauerit.*

Pactio *nuda, obligationem non parit, sed parit exceptionem.* Vlpianus *in l.iurisgentium.§. igitur nuda pactio.ff.de pact.*

Pacta *incontinenti apposita, nouam producunt actionem, & ueterem informant.dict.l.iurisgentium.§.quinimo. ff.eod.tit.*

Pacta *quæ ex interuallo sunt adposita contractui non insunt.d. l. iurisgentium.* Item *responsum scio à* Papiniano, *si post emptionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat: ob hanc causam agi ex empto non posse, propter eandem regulam, ne ex pacto actio nascatur.*

Pacta *sunt seruanda.l.ex empto.in princip.ff. de actio. empt.& uend.*

Pacta *ex bona fide facta, legi tamen incognita ualent.*

*l.j.§.quæ depositis.ff.depositi.* Vlpianus: *Si conueniat, ut in deposito & culpa præstetur: rata est conuentio. Contractus enim legem ex conuentione accipiunt.*

Pacta conuenta ait Prætor, quæ neq; dolo malo, neque aduersus leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Edicta Decreta Principum: neque quò fraus cuique eorum fiat, facta erunt; seruabo. *l. iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact.*

Pacto *aliquid licet, quod sine pacto non admittitur. tit.de his qui feud.dar.poss.*

Pactio *priuatorum iuri publico minimè derogare potest interueniente etiam iuramento. l. ius publicum. ff. de pactis.* Vide, Iuri pro se. Ius publicum.

Pactum *inter hæredem & legatarium factum, ne ab eo satis accipiatur, ualidum esse constat.* Triphoninus *in l. pactum.ff.eod.tit.*

Pactis *conuentis conditio nostra melior per eos fieri potest, per quos & stipulationibus acquirere nobis possumus.l.per quos.ff.eod.tit.*

Pacto *ius agnationis non magis repudiari potest, quàm si dicat quis: nolle suum esse.* Iuliani *sententia est.* Modestinus *in l. ius autem.ff.eod.tit.*

Pacta *conuenta contra iuris regulas, rata non habentur: ueluti si pupillus sine tutoris autoritate pactus sit.* Caius *in l.contra.ff.eod.tit.*

Pactum, *si tibi decem mutua dem, ut mihi uiginti debeantur, non ualet ultra decem.l.si tibi.ff.eod.tit.* Paulus: *Si tibi decem mutua dem, & paciscar, ut mihi uiginti debeantur: non nascitur obligatio ultra decem.* Re *enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est.*

Pasci sci *super iniuria & furto, iure ciuili permissum est.*

*est. Quod tamen hodie non procedit: quia furtum hoc tempore cẽsetur publicũ crimen. Paulus in d.l. si tibi. in princip. ff. eod. titul.*

Par *in parem non habet imperiũ, nec minor in maiorẽ. l. ille, à quo. §. tempestiuum. ff. ad senatusconſ. Trebellia.* Vlpianus: *Veluti si prætor, aut cõsul fuerit hæres institutus su spectamq; hæreditatem dicat: an cogi poßit adire & restituere? Et est dicendum prætorem quidẽ in prætorẽ, uel consulem in consulẽ nullum imperiũ habere. Sed si iurisdictioni se subijciat: solet prætor in eos ius dicere. l. nam magistratus. ff. de recept.* Paulus: *Nam magistratus superiores, aut imperio qui sunt, nullo modo possunt cogi.* Nec interest: *ante, an in ipso magistratu arbitrium susceperint. Sed inferiores possunt. l. præcipimus. §. penul. C. de appellationib. l. digna uox. C. de legib. c. innotuit. de electione.*

Pares *potentioribus esse non possumus. l. nam magistratus. ff. de recep. & l. j. in fin. ff. de alienatio. iud. mutand. causa facta. l. j. §. sed & si uicinus. ff. de aqu. & aqu. pluu. arcend.*

Parsimoniam *(inquit Cicero in paradoxis) non intelligunt homines, magnum esse uectigal.*

Pars *etiam in toto continetur. l. in toto. ff. de reg. iur. l. si quis cùm. in princ. ff. de excep. rei iud.* Vlpianus: *Nã pars in toto est. c. in toto. de reg. iur. lib. vj.*

Partis *uel portionis appellatione dimidia pars continetur. l. nomen filiarum. §. portionis nomen. ff. de uerbor. significatio.* Vlpianus: *Portionis nomen non semper dimidiam significat: sed prout adiectum est. Potest enim iubere aliquis, & maximam partem partiri: potest & uicesimam, & tertiam, & prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. l. de ætate, §. si interro-*

*gatus.ff.de interrog.in iur.fac.*

Partem *habere melius est, quàm toto priuari.Institu. de leg.Falcid.§.ex diuerso.*

Partem *qui contrectat, is plerunq; totũ contrectare uidetur.l.uulgaris.in prin.ff.de furt.Vlpianus: Ofilius totius acerui furem esse putauit. Nam & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum uideri eum tetigisse.*

Partus *sequitur uentrẽ.l.partum.C.de rei uend.* Philipp.& Philipp.*Partũ ancillæ matris sequi conditionẽ, nec statum in hac specie patris considerari, explorati iuris est.l. & seruorum.ff.de stat.hom.& Tit.Instit.de ingen.*

Paruulus, *id est, minor xiiij.annis masculus, uel xij. fœmina.*Notatur *in l.iij.in princ.C.de infantibus exposit.*

Parum *est ius in ciuitate esse, nisi sint qui ea custodiant.*Vide,Ius.

Pater *& filius eadem persona reputantur.l.fin.in fi. C.de impub.& alijs substitutionibus. Cùm & natura pater & filius eadem persona penè intelliguntur.*Vide,Dignitas.

Pater *& filia non possunt coniungi nuptijs:nec mater cum filio.Instit.de nupt.§.ergo non omnes. Inter eas enim personas, quæ parentum liberorum'ue locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: ueluti inter patrem & filiam, uel auum & neptem, uel matrem & filium.*

Pater *transiens ad secunda uota offendit filios primi matrimonij.*Nouell.*de his qui nupt.iter. §. uenient autem.* Constit.XXII.

Pater *in causa necessitatis filium suum olim poterat uendere.l.ij.C.de patribus qui filios suos distraxer.*Constantinus:*Si quis propter nimiam paupertatem, egestatemq; uictus causa filium, filiam'ue sanguinolentus uendiderit: uendit*

*uenditione in hoc tantummodò casu ualente: emptor obtinendi eius seruitij habeat facultatem. Obtinebat autem hoc antiquioribus seculis, quibus licebat patribus familiarum uendere uel pignorare filios & seruos. §. in potestate itaq;. Instit. de his qui sui uel alien. iur. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. denique. ff. de pignoribus & hypothe. l. fin. C. de pat. potestat. Vnde dabant etiam filios & filias pro noxa. §. sed ueteres. Instit. de noxalibus actionib. Postea uerò ius alienandorum seruorum per consuetudinem optimam aboleuit, cum tali prædura seruitute. Liberorũ uerò pignorationem sustulit constitutio Imperatorum: præterquam ob ineuitabilem famem. Quanquam & hoc rectè abolitum est. Cur enim patres non magis locarent operas liberorum? aut cur non potius mendicarent? Imò Ecclesia Christiana tenetur prouidere, ne quis ad tantam famis inopiam redigatur. Illud autem ex iure ueteri moribus nostris recipitur, ut liberi dentur obsides pro fœdere seu fide seruanda. Vt suprà.*

Patris *& filij testamentum pro uno habetur. l. fin. §. in secunda. ff. de uulg. & pupill substitutio.*

Parentum *appellatione, non tantum pater, sed etiam auus & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia. Caius in l. appellatione parentis. ff. de uerb. significat.*

Parentum *appellatio extendit se in infinitũ. l. quiq; litigandi. §. parentum. ff. de in ius uoc. Vlpianus: Sed Caius Cassius usq; ad infinitum omnes parentes dicit: quod & honestius est & meritò obtinuit.*

Parentes *meminisse debent, quod & ipsi illiberi fuerint, & eadem à parentibus proprijs obtinuerint. Nouell. Vt cùm de appellationib. §. considerare. Constit. c x v.*

*Parentib*

Parentibus *in illicitis non est obtemperandum. l.ad ea.ff.de reg.iur.*

Parentes *in liberos ui patriæ potestatis honestam emendationem habent, non autem potestatem uitæ & necis, ut olim.l.j.C.de emendatio.propinquor.*

Parentes *ex magna causa possunt liberos exhæredare.* Nouell. *Vt cum de appellation.§.ad hæc aliud.Constitut.* C X V.

Parentibus, *liberi iure naturali & ciuili omnẽ reuerentiam & pietatis obedientiam debent.* Iuxta *l.ueluti.ff.de iust.& iur.* Et Exod.xx. *Honora patrem & matrem.*

Parentes *operis imposititi js grauare liberos nõ possunt.* Marcellus *in l.penult.ff.de obseq.à liber.*

Parentes *iure canonico indistinctè in ius uocari possunt.* Notatur *in c.ulti.* De *iudic.libro vj.c.non est nobis.de sponsalibus.* Diuersum *statuit ius ciuile.l.fina.* C. *de in ius uocand.*

C. *queritur.ij.q.vij. Queritur pater de malo filio, queritur filius de duro patre, seruamus honorificentiã patri quæ debetur à filio : non æquamus filiũ patri in honore, sed proponimus filium patri in ueritate & sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æquitatis meritum.* Augusti.

Parentibus *omne id quod ad liberos peruenit, olim acquirebatur : excepto tamen castrensi peculio.* Institu. *per quas pers.cuique acqui.*

Parentibus *solus usus fructus hoc tempore in bonis filiorum aliunde acquisitis acquiritur, & administratio. eod.tit.& l.cùm oportet.C.de bon. quæ lib.* Nonnunquam *nec usus fructus patri acquiritur.* Nouel. De *diuers.capit.in princ.Constit.* C X V I I. Et Nouella: *de hæredibus ab intest. §.si cum ascendentibus.Constit.* C X V I I I.

Pater

Pater *potest esse testis in ea causa, in qua filius suus, est alieno nomine procurator.l.qui testamentum.§.quicunque.ff.qui testa.fac.poss.Scilicet, ubi factum uel negotium immediatè non pertinet ad filium. Argum.l.ad testium.in princ.ff.de testibus.& l.pater.C.eod.titu. Sed in re sua, uel immediatè pertinenti ad filium: neq; pater filio, neq; filius patri potest esse testis.Paulus l.lege Iulia.ff.de testam.& l. parentes.C.eod.tit.*

Parentes *à liberis ali debent ubi egere cœperint: & contrà, filij à parentibus. Vlpianus in l.si quis à liberis. in princ.& §.utrum autem.ff.de liber.agnos.*

Pater *si mandet aliquid filio: Magistratus autem prohibeat: cui obtemperandum sit quæritur? Certè in publicis functionibus præcedit imperium magistratus & utilitas patriæ: quia primum Reipublicæ nascimur, deinde parentibus & propinquis.l.j.§.generaliter.ff.de uent.in poss.mittend.l.& quia.ff.de postli. In priuatis autem rebus semper præferendi sunt parentes magistratibus.l.penult.ff. de postuland.*

Patria *cuilibet est dulcissima.l.qui habebat.ff.de legatis iij.*

Patria *potestas inæstimabilis est.l.filiusfamiliâs.§.secundum uulgarem.ff.de legat.j.Martianus: Secundum uulgarem formam iuris & si liberos suos emancipare rogatus fuerit quis: non cogitur hoc facere. Potestas enim inæstimabilis est.*

Patientia, *habetur pro præcepto.l.liberorum. in fin. ff.de his qui notant.infam.*

Patientia *loco traditionis habetur.l.omniũ.in princ. ff.de usufr.& queád.Caius: Dare autem intelligitur, si induxerit in fundum legatarium, eum'ue patiatur uti frui.*

Patientia,

Patientia, *habetur pro consensu.l.si fideiussor.C.mãdat.& l.qui patitur.ff.eod.titu.* Vlpianus*: Qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur: mandare intelligitur. l.j.§. magistrum autem.ff.de exercitor.actio.l.j.§ penul. ff. nautæ,caupon.stab.*

Patientia *eius, qui potest prohibere facit culpam.l. iij.ff.de noxalibus actio.& l.liberorum.ff.de his qui notan. l.iubemus.§.œconomus.C.de sacrosanct.eccle. l.adigere.ff. de iur.patronat.*

Patroni *appellatione,& patrona continetur.* Vlpianus *in l.patroni.ff.de uerbor.signifi.*

Pauper *semper præsumitur,qui semel pauper fuit.l. non est necesse.ff.de probationib..*

Pauper *plerunque opera supplere potest id, quod per comparationem patrimonij deest. l.societates. §.societas.ff pro socio.* Vlpianus*:Societas autem coiri potest, & ualet etiam inter eos, qui non sunt æquis facultatibus: cùm plerunque pauperior opera suppleat quantum ei per comparationem patrimonij deest.* Instit.*eod.titu.§.nam &.* Vide, Opera.

Pauperes *censentur uiliores.* Nouel.Præc. Præsi.§. *tertiò.*Constit.x v i i. *Tertiò studio tibi sit, ut causas cum summa æquitate cognoscas,ac breuiores quidem, & maximè quæ uilioris conditionis hominum sunt, sine scripto decidas & dijudices,& mutua inter se homines contentione liberes,neq; sinas illos ultra ea, quæ sacra nostra cõstitutione comprehenduntur, iudicialium expensarum nonunc aliquid damni accipere,si modo omnino ut aliquid dent idonei sunt.Alioqui gratis etiam causas cognosces.*

Paupertatem *rei familiaris detegere,durum & inhumanum est.l.ij.§.naturale.C.quand.& quib.quar. pars* Theodos.

*Theodoſ.& Valent.Naturale quippe uitium eſt, negligi id quod communiter poßidetur: utq; ſe habere nihil qui non totum habeat,arbitretur:denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur,dum inuidet alienæ.*

Paupertas *neq; prodeſt neq; obeſt in iure noſtro.l.Illicitas.§.præſes.ff.de offi.Præſid.l.palàm.§.non eſt.ff.de ritu nup.l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſc. & cler. Inſt. Quib.ex cauſ.manu.§.eadem lege.*

Pecuniæ *appellatione rem ſignificari Proculus ait. Paulus l.pecuniæ.ff.de uerbor.ſignifi.*

Pecuniæ *nomine, non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles,& tam corpora,quàm iura continentur. Hermogenianus in l.pecuniæ.ff.eod. tit.l.j. in princip.ff.de calumniatorib. Vlpianus. Pecuniam autem accepiſſe dicemus,etiam ſi aliquid pro pecunia accepit.l.receptitia.§.& neminem. C.de conſtitut. pecuni. Iuſtinianus. Et neminem moueat quod ſub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus:cùm & in antiquis libris prudentiam, licet conſtituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur,ſed omnes res, quæ pondere, numero,menſura,conſtitutæ erant. Sed & poßibile eſt,omnes res in pecuniam conuerti.*

Pecuníæ *uerbum non ſolùm numeratam pecuniam complectitur,uerùm etiam omnem omnino pecuniam, hoc eſt,omnia corpora. Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri,nemo eſt qui ignoret.*

Pecuniam *qui recipit, ut faciat id,quod gratis facere tenetur,turpiter accipit.l.ſi.in princip. ff.de condictio. ob turp.cauſ.l.ij.in princ.ff.de iure fiſc.*

Pecunia *reproba non liberat ſoluentem. l.eleganter. §.qui reprobos.ff.de pig.act. Qui reprobos nummos ſoluit*

*uit creditori, an habeat pignoratitiam actionem, quasi soluta pecunia, quæritur? & constat, neq; pignoratitia cum agere, neq; liberari eum posse: quia reproba pecunia nõ liberat soluentem, reprobis uidelicet nummis reddendis.*

Pecuniæ *obediunt omnia. Ecclesiastes x. cap.*

Peccare *est humanum: diabolicum perseuerare.* No*tatur in l. consentaneum.* C. *quomodo & quand. iud.* Vide, Humanum.

Peculium *ex eo consistit, quod persimonia sua quis parauit, uel officio meruit à quolibet sibi donari: idq; uelut proprium patrimonium, seruum suum habere quis uoluit. Florentinus in l. peculium. ff. de pecul.*

Peculio *suo nemo continetur. Africanus in l. deposui. §. stichus. in fin. ff. eod. tit.*

Pecus *alienum, qui in agro suo deprehendit, non iure id includit: nec agere illud aliter debet, quàm (ut suprà diximus) quasi suum: sed uel abigere debet sine damno, uel admonere dominum ut suum recipiat. Pomponius in l. Quintus Mutius. §. quamuis. ff. ad leg. Aquil.*

Periculum *eius esse debet, cuius est commodum.* Vide, Onus.

Periculum *ubi est, ibi cautius agendum. l. j. ff. de Carbonian. edict. & c. ubi periculum. de electio. lib. vj. l. manifesti. C. de furt.*

Periculosa *difficulter, & cum matura deliberatione concedenda sunt. l. quoties. C. de precibus Imperat. offerend. Constantinus: Quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicandi pandatur. Quod autem totius cognitionem tollit, & uires principalis negotij exhaurit: sine graui parte alterius dispendio conuelli non potest: nec præscriptionis igitur peremptoriæ uel*

riæ relaxatio petatur.

Periti sub dubio. Forte, sæpe respondent. Notatur in l. si duo rei. ff de recept. & fortasse poterimus ita. l. eos qui. §. si quid autem. C. de appellat. l. filiusfamiliás. §. sed puto si forté. ff. de procurat.

Peritis fides in sua arte est adhibenda. l. j. § j. ff. de uentre in possessione mittend.

Periurus est puniendus. l. ij. in fin. C. de indict. uid. Iustinianus: Cùm satis esse inhumanum uideatur, per leges, quæ periuria puniunt, uiam periuris aperiri.

Periurij prætextu causa retractari non potest. l j. C. de reb. credit. Antoninus: Causa iureiurando ex consensu utriusque partis, uel aduersario inferente, delato & præstito, uel remisso, decisa: nec periurij prætextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur.

Perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat. l j. ff. de orig. iur. Caius: Sed quod in omnibus rebus animaduerto, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat.

Permissa omnia sunt, quæ per legem non inueniuntur prohibita. l. ab ea. ff. de probat. Paulus: Ab ea quæ dicit aduersarium suum aliquo iure prohibitum esse: specialiter lege uel consuetudine id probari oportet. l. j. §. j ff. de test. l. nec non. §. quod eius. ff. ex quib. caus. maior. Vlpianus: Quæ clausula non illud pollicetur: restituturum scilicet, si leges permittant: sed si leges non prohibeant.

L. mutus. §. cùm quæritur. ff. de procurat. Paulus: Cùm quæritur, an alicui procuratorem eum habere liceat: inspiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc edictum prohibitorium est.

L. statuas. C. de relig. & sumpt. fun. Gordianus: Statuas

*sepulcro superimponere, uel monumento, quod à te extru-ctum profiteris, ornamenta, quæ putas supperaddere non prohiberis: cùm iure suo eorum, quæ minus prohibita sunt unicuiq; facultas libera non denegetur.*

Permittitur *aliquid publicè, quod priuatim non permitteretur. l. in tantum. §. sacræ autem res. ff. de rer. diui.*

Personam *commendare aliud est, aliud item uoluntatem suam fideicommittentis hæredibus insinuare.* Vlpian. *in l. fideicom. §. si ita quis scripserit. ff. de leg.* I I I.

In Persona *alterius quod alicui æquum esse uidebitur, id ubi euenerit in sua conseruare debet. l. j. ff. quod quisq. iur.*

Persona *uilis aliquando grauius punitur, quàm nobilis ex æquali delicto. l. si criminis. & l. seruos.* C. *ad leg.* Iuliam, *de ui public. & priuat. & l.* Pedius. *in fin. ff. de incend. rui.* Vnde Cicero Verri *inter cætera crimina obijcit, quod eundem in seruos, & ciues* Romanos *pœnam statuerit.*

Petitio *alternatiua non est admittenda.* Vide, Alternatiua.

Petitio *ubi nulla est, ibi nec mora esse censetur. l. si pupillus. ff. de uerb. oblig.* Scæuola: Nulla *enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.* Vide, Mora.

Petere *ante litis contestationem nemo rectè dicitur, sed petere uelle. l. amplius. ff. rem rat. habit.* Paulus: Hic *enim amplius non petit, sed petere uult.* Vide, Litis.

Participem *delicti se facit, qui fert opem. l. item.* Mela. *ff. ad leg.* Aquil.

Philosophorum *autoritates multis in causis possunt allegari.* Sed *tamen sæpe reprobatur ipsorum autoritas.* Vide, Autoritates Philosophorum.

Pignus à pugno appellatum est: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Caius in leg. plebs. ff. de uerb. signific.

Pignus & hypotheca nihil differunt, nisi quantum ad nominis sonum, & quatenus ad actionem hypothecariam attinet. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, ut si pro debito obligata: utraq; hac appellatione continetur. Instit. de actionib. §. inter pignus.

Pignus refertur ad res mobiles, Hypotheca ad rem immobilem. Instit. ibid. & in d. l. plebs. ff. de uerb. signific.

Pignori incumbere melius est, quàm in personã agere. Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. §. furti autem.

Pignora mihi obligata rectè locare possum. l. creditor. ff. de pignorib. Modestinus: Creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris locare rectè potuit.

Pignus nullum est, cuius persecutio negatur. Caius in l. si noxalib. ff. de noxalib. act. Vsusfructus autem, etiam si persecutio denegetur, ipso iure durat eò usq;, donec non utendo constituto tempore pereat. ibid.

Pignus pluris æstimari solet, quàm debitum. Vnde dicitur, quod residuum debet reddere creditor debitori, quando pluris debito pignora uendit. l. fin. §. sin autem minus. C. de iure domi. impet. l. si inter colonum. in fin. ff. de pignorib. Vlpianus: Quia quod amplius debito consecutus creditor fuerit, debitori restituere debet pignoratitia actione.

Plus iuris ad alium transferre non possumus, quàm habemus. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.

Plus ualet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. C. plus ualere, quod agitur. l. si donationis causa. C. de contrah. empt. & uend.

Pluralis locutio potest resolui in duas singulares. l.

*falsa demonstratio.§.quid ergo.ff.de condict. & demonstr. Paulus:Quid ergo,si quis ita scripserit,* Stichum & Pamphilum Titio do lego,si mei erunt,cùm moriar. *& unum ex his alienauerit: an uel alter poßit à legatario uindicari? & placet uindicari. Nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi,atque si separatim dixisset,* Stichum, si meus erit,cùm moriar. Pamphilum,si meus erit,cùm moriar.

Pluralis *locutio duorum numero est contenta. l.ubi numerus.ff.de testib. Vlpianus: Vbi numerus testium non adijcitur,etiam duo sufficient.Pluralis enim locutio duorum numero est contenta.*

Posthumus *propriè dicitur is, qui post mortem patris nascitur. Vlpianus in l.iij.§. Posthumos. ff. de iniust. rupt.irrit.fact.testament.*

Posthumus *non est in potestate patris.l.fin. ff. de collat.bonor.*

Posthumus *rumpit testamentum. Instit.de exhær. liber. §.posthumi quoque. Valet quidem testamentum,sed postea agnatione posthumi siue posthumæ rumpitur. & ea ratione totum infirmatur.l.si mater.C.de inoff.testa.*

Possessio *dicitur metaphoricωs quasi positio. l.j.in princ.ff.de adquir,uel amit.poß. Paulus: Poßeßio appellata est (ut Labeo ait) à sedibus,quasi positio.*

Posſidere *longè commodius est, quàm ab alio poßidente petere.Vide,* Actionem.

Possessor *bonæfidei in id tantum, quod ad se peruenit,tenetur.Vide,*Bonæfidei.

Possessor *bonæfidei fructus ante litem perceptos lucratur.Vide,ibid.*

Possessor *propriè definitur qui* xxx.*annos quietè in poßeß*

*possessione fuit.l.fin.in fi.C.unde ui.*

Possessio *uitiosa, aduersus extraneos prodesse solet. Venuleius in l.fin.ff.de acquir.uel amit.poss.*

Possessorum *iura, in obscuris adparent.Instit.de interdict.§.commodum. Propter quam causam cùm obscura sunt utriusq; iura, contra petitorem iudicari solet.*

Possumus *illud, quod commodè & sine detrimento nostro possumus.l.nepos Proculo.ff.de uerb.significat.& xxij.q.j.c.faciet homo.*

Postulare *est desiderium suum, uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere: uel alterius desiderio contradicere. Vlpianus, in leg.j.§.postulare.ff. de postul.*

Postulare *aliquis non debet illud, cuius contrarium postulaturus in contrario casu non esset.l.penult.C.de solutionib.& liberationib.l.si ea lege possessionem.C.de usuris. l.ea leg.ff.locat.& cond.l.qui proprio.ff.de procurat.*

Postulatio *aduocati, iusta est causa dandæ dilationis.l.ait prætor. in fin.ff.ex quib.caus.maior.& l.j.C.de dilationib.*

Potestatem *gladij sibi datam, uel cuius alterius coërcitionis ad alium transferre nemo potest.Vlpianus l.solet. ff.de offic.procons*

Pœna *est omnium delictorū coërcitio.l.aliud est fraus. ff.de uerb.signific.*

Pœna *sine fraude esse non potest. Fraus autem sine pœna esse potest.ibid.*

Pœna *est noxiæ uindicta, fraus & ipsa noxia dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.ibid.*

Pœna *à mulcta differt: quia pœna generale nomen est, & omnium delictorum coërcitio: mulcta autem specia-*

*lis peccati cuius animaduersio hodie pecuniaria est.* Caius *in d.leg.aliud est.ff.dict.tit.*

Pœna *non tantum pecuniaria, uerùm & capitis, & existimationis irrogari solet.ibid.*

Pœna *ad mensuram delicti statuenda est.l.sancimus.* C.*de pœnis. Nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum.*

Pœna *unius, est multorum metus.Instit.de exception. §.hodie autem.in fin.* Vt *actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obseruare.*

L.j.C.*ad leg.Iul.repetund. Gratian.*Valent.& Theodos. Vt *unius pœna metus possit esse multorum: ducem, qui malè egit, ad prouinciam, quam nudauerat, cum custodia competenti ire præcipimus.*

Pœna *corporalis maior est quacunque pecuniaria.l.in seruorum.ff.de pecul.*

Pœnam *delicti nemo euadere debet.l.non idem.*C.*de accusation.& inscription.*

Pœnam *& præmium ex uno & eodem facto nemo consequi potest.*Vide, Facto.

Pœna *maior ob atrocitatem delicti imponitur.* Instit. *de interdict.§.qui autem.l.j.ff.de ui priuat.*

Pœnam, *legitimè factum nullam meretur.l.*Gracchus. C.*ad leg,Iul.de adult.l.nemo damnum.ff.de reg.iur.l.j.*C.*de secund.nupt.l.j* C.*rem alien.gerent.*

Pœnam *petere illi permittitur, qui in ipsam non incidit.*Vlpianus *in leg.cùm par.ff.de reg.iur.*

Pœna *dupl:ci ex eodem delicto nemo puniri debet.l. sanctio legum. ff.de pœnis.* Papinianus: Nec *sanè uerisimile est, delictum unum eadem lege uarijs æstimationibus coërceri.*

Pœnæ

Pœnæ *interpretatione legum molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ.* Venuleius, *in l.interpretatione legum. ff.de pœn.* Quo nomine laudatur Marcus Antonius Philosophus, *cui mors erat ut omnia crimina minore supplicio, quàm legibus statuto, puniret, autore* Capitolino.

Pœna *magna est, uersari inter homines & hominum carere suffragijs.l.iij.C.de apostatis.* Theod. Valens. Arcad. *Quod etiam præciperemus procul abijci, ac longius mandari: nisi pœnæ uisum fuisset esse maioris, uersari inter homines, & hominum carere suffragijs.*

Pœna *illius qui trahit alium ad non competentem iudicem, est quod actor causa sua cadat.*

Pœna *autem rei, qui permisit se conueniri coram non competente iudice est: quòd pro condemnato habeatur.* Arcad. & Honor. *in l.in criminali.C.de iurisdict.om.iud. In criminali negotio, rei forum accusator sequatur.* Is uerò, *qui suam causam, siue criminalem, siue ciuilem, in uetito uocauit examine, siue cœlesti oraculo, aut executionem poposcit militarem: actor quidem propositi negotij actione multetur, reus uerò pro condemnato habeatur.* Et Tribuni *siue uicarij capitalem sibi animaduersionem subeundam esse cognoscant, si uel suam, uel militum executionem interdictam præbuerint.*

Precarium *est, quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quàm diu is, qui concessit, patitur.* Vlpia. *in l.j.ff.de precario.*

Precarium *à commodato differt. Nam commodatum datur ad certum usum.l.j.ff.commod.*

Præcedentia *cui mandantur, sequentia uidentur mandata.l.inuitus.ff.de procurat.l.indebiti soluti.ff.de con. indeb.*

Precibus *frustra impetratur quod iure comumni conceditur.l.j.C.de thesauris.*

Pretium *loco rei succedit.l.quia qui.ff.de usufruct.& quemad. Caius: Quia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re utitur & fruitur.l.si & rem.ff.de petition.hæreditat.l.qui à debitore.in fin.ff.quæ in fraudem creditorum.l.Iulianus.ff.de rei uendic.*

Pretium, *in numerata pecunia consistere debet.Instit. de empt.& uend.§.item pretium.*

Pretium *in emptione & uenditione constitui oportet. Nam nulla emptio sine pretio esse potest.Institut.eod. tit.§.pretium.*

Pretium *quod constituitur debet esse certum.ibid.*

Pretium *emptionis & uenditionis, si per curiosam contrahentium licitationem ultra uel intra iustam rei æstimationem, statuatur, ualet utique contractus: nisi dimidium excedatur. Idq́; est, quod dicitur: permitti naturaliter contrahentibus se decipere, scilicet, sine dolo malo pluris uendendo, aut minoris emendo, quàm in uotis haberet emptor uel uenditor. Idem est de alijs contractibus.l.ij.C.de rescind. uend.* Vide, Contrahentibus.

Pretia *rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fingi. Sextus quoque Pedius ait. Paulus in l.si seruum meum.ff.ad leg.Aquilia.*

L.*Pretia rerum.in princip.ff.ad leg.Falcid. Idem. Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter finguntur: nec enim qui filium naturalem poßidet, tanto locupletior est, quòd eum si alius poßideret plurimo redempturus fuisset.*

Prædium *medium in urbanis prædijs, quod nõ seruit, non impedit seruitutem.l.in tradendis.§ j.ff.commu.præd.*

*Prædium*

Prædium *medium in rusticis prædijs quod non seruit, impedit seruitutem. Ibidem.*

Prædo *nemo est, qui pretium numerauit. l. nec ullam. §. sed si quis. ff. de petitio. hæreditat. Vlpianus. Nemo enim prædo est, qui pretium numerauit: sed ut emptor uniuersitatis, utili tenetur.*

Prædonem *hunc esse non puto, qui dolo caret, quamuis in iure errauit. Vlpianus, in l. sed & si lege. §. scire autem. in fin. ff. eod titul.*

Præfationibus *uti multum expedit. l. j. ff. Si cert. petat. condictio.*

Præfatione *nulla habita iudici rem exponere nefas est l. j. ff. de origin. iur.*

Præfationibus *aduocati uti solent. Ibid.*

Præfationibus *quæ conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita uideri: sic tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio. Paulus in l. Titia. §. Idem respondit. ff. de uerbor. obligationibus.*

Præmium *ex dolo suo nemo reportare debet. l. Ita demum. ff. de recept. Vlpianus. Sub hac enim conditione committitur stipulatio, ne quis doli præmium ferat.*

Præmia *uirtutum benemerentibus tribui oportet. l. & uirtutum præmia. ff. de stat. & imaginibus.*

Præscriptio *non negligenti non currit. l. contra maiores. C. de inoffic. testament. Valeria. & Gallien. Contra maiores uigintiquinque annorum duplicem actionem inferentes, primam quasi testamentum non sit iure perfectum, alteram quasi inofficiosum, licet iure perfectum: præscriptio ex prioris iudicij mora quinquennalis temporis non nascitur, quæ officere non cessantibus non potest. l. j. §. ne autem imperfecta. C. de annali exceptio.*

Præſentia *non habetur pro conſenſu.l.Caius Seius.ff. de pignorati.actio. Quod uerum eſt ubi actus qui contrahitur exerceri poteſt inuito,ut notat* Bartol.*in l.j.C.de filijs familia. & quemadmod.pro his pater teneatur.*

Præſidis *appellatione continetur quilibet rector prouinciæ.l.j.ff.de offic.Præſid.Macer.Præſidis nomen generale eſt:eò quod & Proconſules,& legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes(licet Senatores ſint)Præſides appellentur.Proconſulis appellatio ſpecialis eſt.*

Præſes *in ſuæ prouinciæ homines imperium habet:& dum in prouincia eſt.Nam ſi exceſſerit priuatus eſt.l.Præſes prouinciæ.ff.eod.tit.*Præſes *prouinciæ curare debet ut malis hominibus prouincia purgetur.Ibidem.*

# DE PRAESVMPTIONIBVS, SEV, CONiecturis iure approbatis,per D. IOAN. OLDENDORPIVM.

PRæſumere, *quaſi antè ſumere, aliâs uſurpatur pro audere uel tentare aliquid contra ius,ut ferè* Pontifices Romani *eo uerbo utuntur.* Alexander III. *ex concilio Lateranenſi, loquens de clericis & monachis: Sed nec procuratores(inquit)uillarum,aut iuriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquibus principibus & ſecularibus uiris, ut iuſtitiarius eius fiat, clericorum quiſque exercere præſumat, hoc eſt,tentet, audeat.cap. Sed nec.* Ne clerici, *uel monach. ſecula.negoti.ſe immiſce.ij.Timo.ij.*

*Aliâs præſumere,accipitur pro nudo facto prius aliquid ſumendi. Vnde Plinius libr. xxxvj. tradit de farina cuiuſdam lapidis, in certamine bibendi aduerſus ebrietatem à pota*

*à potatoribus præsumenda: allegans* Theophrastum *autorem.*

*Aliâs significat* Præoccupare *apud* Rhetores, *qui præsumptionem uocant: cum id quod in aduersarij causa, uel in iudicijs opinione contrarium nobis esse aut fore arbitramur, præoccupamus dicendo, ac bonis rationibus dissoluendo.* Quintilianus *libr.ix.* Mirè *uerò in causis ualet præsumptio, quæ* πρόληψις *dicitur: cùm id quod obijci potest occupamus, quæ præcipuè procœmio conuenit.*

*Aliâs pro putatur, in l.uulgò.ff. de in lite, iuran.* Vulgò *præsumitur (inquit* Vlpianus*) alium in litem non debere iurare, quàm dominum litis.*

*Aliâs denique præsumere accipitur pro præsagire, conijcere, cogitare, seu diuinare aliquid in dubio.* Valerius *lib.j. Capit.v.* Eq; *fortuito dicto quasi certam spem clarißimi triumphi animo præsumpsit.* Et Capit.vj. *Præsumpsit animo, ea re significari exitum suum.* Hoc *est, coniecit, uaticinatus est.*

Hoc *autem modo, in sequentibus exemplis accipienda est præsumptio, quam sic describemus.*

Præsumptio *est coniectura seu diuinatio in rebus du bus, collecta ex argumentis uel iudicijs per rerum circumstantias frequenter euenientibus.* Huius *definitionis insigne exemplum est iudicium Salomonis sapientißimi regis iij.*Regum *iij.quod refertur in cap.ij.de præsumpt.*

Præsumptionum *alia maior, alia minor est, iuxta coniecturas quæ non æquè omnes ad naturæ dictamen accedunt.* Vnde *Commentatores dicere solent: quasdam esse præsumptiones iuris, quasdam iuris, & de iure.* Q*uasi uerò uerba* Iuris, & De Iure, *multum distent.* Eiusdem *farinæ est diuisio, secundum quam adserunt: præ-*

*sumpti*

*ſumptiones alias eſſe uehementes, alias uiolentas, quaſdam neceſſarias:* Violentum *pro* Certo, *accipientes.cap.* Lite*ris.de præſumptio.*

Præſumptionem *non oportet ex priuato cuiuslibet adfectu metiri:ſed ex communi rationis dictamine.* Nam *quod probabiliter non uidetur credibile,id certè nullam admittit coniecturam.l.cùm de indeb.ff.de probat.*

Præſumptio *nulla prorſus eſt admittenda ex delationibus eorum, qui ſine charitate diffamant proximum ſuum. Sæpe enim æmuli ſuggillant nomen bonorum uirorum.cap.Cum in iuuentute.de præſumptionibus.*

Nemo *præſumitur immemor ſuæ ſalutis.j.q.vij.cap. Sancimus.*

Præſumptio *nonnunquam habetur pro certa probatione:ſcilicet,cùm* Lege *id nominatim declaratur.l.quicunque.C.de apoch.public.*

Præſumptio *interdum tam magnis conſtat argumentis:ut probatio aduerſus eam non audiatur.l. qui adulterij.C.ad leg.Iuli.de adult.cap.literis.de præſump.*

Præſumptiones *multæ circa eandem rem,uehemētius urgent,quàm una.l.excuſantur.in princip.ff. de excuſatio.tuto.*

Præſumptio *confirmat uel deminuit dicta teſtium. l.iij.in princip.ff.de teſtibus.Calliſtratus.Teſtium fides diligenter examinanda eſt, ideoq́; in perſona eorum exploranda erunt. In primis conditio cuiuſque: utrum quis decurio, an plebeius ſit:& an honeſtæ, & inculpatæ uitæ: an uerò quis notatus & reprehenſibilis: an locuples, uel egens ſit, ut lucri cauſa quid facilè admittat:uel an ei inimicus ſit, aduerſus quem teſtimonium fert:uel amicus ei, pro quo teſtimonium dat.*

*Præſump*

Præſumptio *in cognitionibus cauſarum, ex multis circunſtantijs colligenda eſt. Vt in proœmio Inſtitut. Quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras iuſsiones fidem, iam ex multis rerum argumentis accepimus.*

L.iij.§.*Eiuſdem quoque principis.ff.de teſtibus. Quæ argumenta* (*inquit Calliſtratus*) *ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant: nullo certo modo ſatis definiri poteſt. Sicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei ueritas deprehenditur: aliâs numerus teſtium, aliâs dignitas & autoritas, aliâs ueluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem.* Hoc ergo ſolùm tibi ſcribere poſſum ſummatim: *non utique ad unam probationis ſpeciem, cognitionem ſtatim alligari debere, ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.*

Præſumitur *in qualibet cauſa id, quod frequenter accidere ſolet: niſi diuerſum probetur.l. neque natales.C. de probationibus.l.neque ſine nuptijs.C.de nupti.l.certi condictio.§.ſi numos.ff.ſi cert.petat.l.penultim.C.de iudici.cap.j. de cleric.non reſidentibus.*

Præſumptio *nonnunquam cenſetur liquidiſsima probatio ac manifeſta.l.ita demum.in fin.C.de procurator.l. manifeſtæ.ff.de iureiurand.*

Præſumptio *transfert onus probandi in aduerſarium.l.fin.in princip.ff.quod met.cauſ.l.omnimodo.C.de inofficioſ.teſtam.l.ſiue poſsidetis.C.de probationibus.*

Præſumptionem *Lex poteſt ob cauſam introducere, ubi nulla eſſe uidetur.l.j.§.rei uxoriæ.C.de rei uxo.actio. l.j.& l.ij.C.de teſtament.*

Duriore *probatione grauatur is, aduerſus quem urget præſump*

*præſumptio.cap.quia uériſimile.de præſumptionibus.*

Præſumptio *trifariam transfertur de tempore in tempus:*Videlicet,Ex *præterito,in præſens.Inſtitut.* In *pro-œmio.Verſicul.Quorum omnium ſolertiam.* Ex *præſenti, in præteritum.l.ſi quis adulterium.§.j.ff.ad leg.* Iuliam *de adulter.* Ex *præterito, in futurum.cap. mandata. & cap. quanto.de præſumptionibus.*Ex *præſenti,in præſens.Quod eſt regulare.vj.q.j.cap.qui crimen.*

Præſumptio, *non ſemper eſt uera probatio.l.iij.C. de fid.inſtrument.& iur.haſt.fiſca.*Ibi.*Quibuſcunque tamen probationibus.l.* Lucius Titius.*ff. de conditionibus & demonſtrationibus.l.abſentem.ff.de pœn.Sed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari.*

Præſentia *eius,qui per rerum naturam non poteſt intelligere quid agatur,nullam facit præſumptionē.l.j.in fin.ff. de autori.& conſenſ.tutor.l.coram* Titio.*ff.de uerbor.ſignificati.l.j.§.*Initium *autem.ff.de poſtuland.*

In re, *non uériſimili, nullis datur locus coniecturis.l. fin.C.de hæredib.inſtituend.* Vbi *eſt exemplum de eo,qui in nomine ſuo dicebatur erraſſe. Quis enim neſciat proprium nomen.*

Præſumptio *neminem iuuat, niſi allegetur apud iudicem, qui circunſtantiam eius plerunque non poteſt diuinare.l. ſi adulterium.§.* Iidem Pollioni.*ff.ad leg.*Iuliam *de adulter.l. rem alienam.ff. de pignorati. action.* Alioquin, *ſi conſtat iudici legitima præſumptio ex actis, uel alio modo: ſequi eam debet.l.j. in fin.*C.*de his,quæ pœn.nomin.in teſtament.*

Præſumptio *ſpecialis,tollit generalem.l. cùm de indebito.in princip.ff.de probationibus l.fin.ff.de hæredib.inſtituend.l.*Diuus Antoninus.*ff.de in integr.reſtitut.*

*Præſens*

Præsens nō *præsumitur consentire: quando detrimentum eius indirectò tractatur. l. Caius Seius. ff. de pign. act.*

Præsumptio *malæfidei non admittitur post triginta annos. l. ultim. in fin. C. Vnde ui.*

Qui tacet, *nō præsumitur consentire, quando lex non exigit contradictionem, uel quia nihil efficeretur contradicendo, uel quod ipsum sibi factum satis repugnat. l. rem alienam. ff. de contrahend. empti. l. inuitum. ff. de seruitut. urban. prædio. l. qui uas. § uetare. ff. de furtis. l. sicut re. §. non uidetur. ff. quibus mod. pign. uel hypothe. soluit.*

Præsumptioni *possunt apertißimæ probationes apponi. l. ultim. ff. quod met. cauſ.*

Si debitor *soluat creditori suo: non præsumitur undè, quòd creditor ille nihil debeat soluenti. Potest enim ex alia causa debitor soluentis esse. l. si cùm das. in prin. ff. Rer. amota.*

Quod uerbis *scripti non iuuatur: id diuinando minimè gentium potest extra scripturam coniecturis adseri. l. quæcunque §. fin. ff. de publicia. Qui à pupillo emit, probare debet tutore autore, & Lege non prohibente, se emisse, ait Caius. Nam etiam si scriptum habeat uerbum Emptio: non tamen per hoc significatur autoritas uel ius emendi.*

Imperfectio *scriptorum, arguit imperfectionem conuentionis. Institut. de emptio. & uendit. §. j. l. contractus. C. de fid. instrumento. Ratio est. Quia sicut consensus præsumitur ex scripto planè absoluto: ita scriptum imperfectum meritò facit coniecturam dissensus. l. ex hac scriptura. ff. de donationibus. Nouell. Vt si plures filij nō sint. §. Studium uerò. Constitut. XVIII.*

Cùm scriptum *facit mentionem alicuius rei, quæ tempore*

*tempore illius scripti principaliter non tractabatur: tunc nulla præsumptio nascitur ad probationem. Ut si instrumentum faciat obiter mentionem alterius instrumenti. nouell. de donationib. propter nupti. §. insuper & hoc præcipimus.* Constitut. c x i x.

Præsumptioni *rectè opponitur probatio ueritatis: modò tamen id in eodem genere fiat. Nam aduersus coniecturam ex scripto probari oportet alia scriptura.* Alioquin *simplicem præsumptionem simplex testium probatio tollit. l. optimam. in fi. C. de contrahend. stipulation. l. j. C. de fid. instrumen. & iur. hastæ fisca. iniunct. l. generaliter. C. de non nume. pecu.*

Ius singulare *ac illius solennitas non præsumitur in ijs, qui uerisimiliter ignorant. Itaque si instrumento scribatur minorem xxv. annis contraxisse, aut mulierem fideiussisse pro alio, non præsumitur minor iurasse, iuxta* Constit. *sacramenta puberum. C. si aduers. uend. Neque conijcitur, mulierem renuntiasse beneficio Senatusconsulti* Velleiani, *iuxta l. iubemus. C. ad senatusc. Velleia. Nisi scriptum quoque & uerum sit minorem iurasse, aut mulierem renuntiasse admonitam prius talis beneficij quidnam esset.*

Minor *& mulier non præsumuntur scire ius priuilegiarium sibi competens: nisi admoneantur expreßè: quia ætatis & sexus infirmitas ingerit eis quandam infirmitatem, infirmitas ignorantiam. l. regula est. in prin. ff. de iuris & fact. ignoran.*

Si minor *uel mulier iurauerit stare conuentioni, nulla renuntiatione facta: præsumitur ignorasse beneficium seu priuilegium sibi competens. Et consequenter, quia censetur ignorare ius suum: ergo coniectura est eam nihil cogitasse de renuntiatione. l. mater decedens. ff. de inoffic.*

*testam*

testament. Nec facit contra iuramentum si minor petat restitutionem in integrum, uel mulier alleget priuilegium Velleianum, in quibus id potuisset casibus non dato iureiurando: quia iuramentum non porrigitur ad ignorata. l. fi. ff. qui satisda. cogan. l. fi. in princ. ff. ad municip. l. fin. C. de non numera. pecu. Quanquam hodie obstaret d. constit. sacramenta puberum.

Si instrumentum *habeat, testes fuisse præsentes: non tamen præsumuntur rogati, nisi id quoque fuerit adiectum. l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. qui testament. facere pos.*

In casu *quo allegatio intestati iure communi non procedit: oportet probare eum, qui adserit intestatum decessisse: quia non præsumitur. l. si emancipati. C. de collationib. Quia non præsumitur aliquis intestato mortuus, nisi probetur.*

Cùm iure *communi prodest allegatio intestati: tunc regulariter non incumbit onus probandi aliquem decessisse ab intestato: quoniam præsumitur intestato mortuus, non probato testamento, arg. l. cùm de lege. ff. de probat. Ita potest intelligi* Bart. *in l. is potest. ff. de acquir. hæred.*

Fecisse aliquem *testamentum aut pactionem non præsumitur: quoniam utrunque est facti, & regulariter eiusmodi facta non præsumuntur, sed probanda sunt. l. in bello. §. factæ autem. ff. de postlimini. l. intestatus. ff. de uerb. sig. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. j.*

Vbi consuetudo *extat: quòd coniugi sine liberis ab intestato defuncto, coniunx superstes succedat exclusis cognatis, in omnibus bonis: ibi coniugem uolentem succedere oportet probare & consuetudinem & causam intestati: quoniam iure communi repelleretur per cognatos à succes-*

*ſione uniuerſorum bonorum.l.ſi emancipati. C. de collatio. iunct.l.penult.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius uoc.eſt.*

Præſumptio *ſola nõ efficit, ut in accuſatione grauis delicti procedatur ad condemnationem.eod.tit.c.literas.*

Præſumitur *mentiri is, qui uariat ſine cauſa adſertionem ſuam in iudicio,uel extra iudicium.Ibidem.*

Præſumpio *malæ fidei non poteſt allegari poſt quadraginta annos.l.fi.C.unde ui.*

Præſumptionem *metus uel doli mali tollit præſentia amicorum.l.tranſactionem.C.de tranſact.*

Præſumitur *quilibet tam hæredibus ſuis, quàm ſibijpſi cauiſſe.l.ſi pactum.ff.de probationib.* Et ideo *prudentiſſimi legislatores, ut anſam ad hoc præberent, admiſerunt & ſtipulatoris & hæredis perſonam in conuentionibus nominatim comprehendere: ſicut cotidie uidemus fieri in literis.* Vlpianus *in l.ſtipulatio iſta habere. ff.de uerb. oblig. Suæ perſonæ (inquit) adiungere quis hæredis perſonam poteſt.*

Quæ fiunt *in officio, ea præſumuntur facta eſſe ratione officij.Tit.de feud.guardi.& caſtaldi.§.ſi uerò. l.j. §. his igitur.ff.de poſtuland.*

Præſumitur *dolus nocendi in eo, qui clàm aliquid mali facit,nec ulla admittitur eius excuſatio.* Vt, *ſi quis in domo amici contrectans res deprehendatur: & is dicat ſe ioco feciſſe,Salomon in parab.Cap. xxvj.c.j. de præſumpt. Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas & ſagittas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cùm fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci diſt.ij.c.ſi quis poſt acceptum. Et de pœnit.diſt.j.c.ſi quis cum telo.l.is qui cum cultello.ff. ad leg.Corn.de ſica.l.nam ludus.ff.ad leg.Aquil.*

Præſumitur *malam habere litem, qui dilationes poſtulat*

*stulat non necessarias. c.nullus. de præsumptio.* Bonifacius: *Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.xj.q.j.c.Christianus.iij. q.ix.c. decernimus.Et lxxiiij.dist.c.honoratus.*

Ex coniectura *non proprie scriptus uidetur ille, cuius nomen ita deletum est,ut penitus legi non posit.l. j. ff. si tabul.testamen.extab.*

Præsumptio *colligi potest ex habitu personæ, qualis sit.l.moueor. C.si seruus exportans ueni.*

Præsumitur *pro iudice, & pro tabellione.l.j.C.de offic.iudic.*

Præsumitur *actum esse inter contrahentes id,quod est ex natura contractus & consuetum. l. cum quid. ff. si cert. petat.l. semper in stipulationibus. in princip. ff. de regulis iur.*

Præsumitur *testatorem ibi uoluisse solui legata, ubi domicilia habent legatarij: etiam si maior pars hæreditatis in alio loco sit. l. sed & si suscepit. ff. de iudici.* Nec enim *(ait Vlpianus) uerisimile est testatorem, qui honorem habitum uoluit his quibus reliquit, tam modica fideicommissa in Prouincia præstari uoluisse.*

Præsumitur *legem nolle nimis anxie requiri id, quod ipsa non expreßit.l.de pretio.ff.de publicia.*

Contractus *præsumitur simulatus inter patrem & filium.l.qui testamentum.ff.de probationibus.* Videri enim *(inquit Scæuola) eo, quod ille plus capere non poterat, in fraudem legis hoc in testamento adiecisse.*

Inter uirum *item & uxorem.l.si quis donationis. ff. de contrah.emp.l.j.l.si sponsus sponsæ. §.circa uenditionem. ff.de donat.inter uir.& uxo.*

Emptio *quam tutor per interpositam personam fe-*

q 2 cit,præ

cit, præsumitur fraudulenta. l. pupillus obligari. §. sed si per interpositam. ff. de autori. & consen. tuto.

Cessio inter extraneos facta, non caret suspicione simulationis. l. per diuersas. Et l. seq. C. mandat.

Cum in controuersiam uenit, unde ad mulierem quid peruenerit: & uerius & honestius est, quod non demonstrat, unde habeat, æstimari à uiro, aut qui in potestate eius esset, ad eam peruenisse, ait Pomponius in l. quintus Mutius. ff. de donatio. inter uir. & uxor. l. etiam. C. eod. tit. Doctores idem adserunt de quolibet administratore. c. j. de peculi. clerico. xij. q. iij. c. j.

Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. l. uerius. ff. de probationib. l. si legibus. C. de episco. audien. l. super seruis. C. qui milita. pos. uel non. c. præsumitur. de regu. iur. lib. vj.

Qui semel fuit bonus: is semper talis præsumitur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. l. longi temporis. C. de præscript. longi tempor.

Semel malus, semper in eodem genere delicti, præsumitur malus. Nam ex præterita hominis uita quæ non facilè solet mutari, Lex ducit coniecturam ad præsentem & futuram. d. §. à barbaris. c. semel malus. de reg. iur. lib. vj. l. si cui crimen. §. ijsdem. ff. de accusationib. l. iij. §. item erit quærendum. ff. de suspect. tutori.

Publicanorum, hoc est, Eorum, qui publica uectigalia habent conducta: insignis creditur esse audacia & temeritas ad expilandam factiosè pecuniam. l. quantæ audaciæ. ff. de public. & uectigali.

Viuere creditur, cuius mors non fuerit probata. l. sed si mors. ff. de donatio. inter uir. & uxo. Ibi. Quia & mors eius expectanda est. l. nec nos præterijt. C. de postlimi. l.

uxor

*uxor quæ. C. de repud. Nouell. de diuerſ. capitul. §. cæterum & id. Conſtit.* CXVII.

Sana *mens in homine præſumitur. l. nec codicillos. C. de codicill. Adſeuerationi tuæ, ( inquiunt* Diocletianus *&* Ma*ximianus) mentis eum compotem fuiſſe negantis, fidem adeſſe probari conuenit.*

Voluntas *libera cenſetur, niſi probato metu adpareat diuerſum. l. ij. C. de his, quæ ui uel met. cau. ge ſunt.*

Ambiens *officium, reputatur planè indignus. l. ſi quenquam. C. de epiſc. & cler.* Profectò *enim ( inquiunt* Leo *&* Anthemius *) indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus.* Quem *igitur hodie cenſebimus* Sacrificulum *officio dignum?*

Falſarius *exiſtimatur, qui ſcripturam in iudicio profert ſuſpectam: niſi adprobauerit eius ueritatem. l. penulti. C. de probationib.*

Miles *non eſt credendus in aliud pecuniam mutuo accipere, quàm in cauſas caſtrenſes.* Et *in hoc filij familiarum milites non abſimiles uidentur hominibus ſui iuris. l. ulti. in fin. C. ad Senatuſc.* Macedonia.

Pater *uel mater ſoluto ſemel matrimonio, non iterans nuptias: acquirit etiam extantibus liberis ſuis ex eodem coniugio, non ſolùm uſumfructum, uerumetiam proprietatem prioris lucri dotalis pro portione unius filij.* Si *tamen non alienauerit eandem portionem: præſumitur eam liberis æqualiter diuidendam, uelut paterna bona, reliquiſſe. l. ſi quis prioris. §. j. C. de ſecund. nupt.* Nouell. De *his, qui nupt. iter. §. quoniam uerò mulieres. & §. ſequen.* Conſtitut. XXII.

Frater *relinquens fratri bona, quæ in paganico habebat, præſumitur uoluiſſe illi relinquere res caſtrenſes. l. j.*

*C.de testament.mili.*

Mulier *censetur dotem sibi reddendam stipulari, quàm pro ea dat extraneus: nisi ipse stipuletur in casum soluti matrimonij.l.quoties pater.in fi.ff.solu.matri.l.j.§. accedit. C.de rei uxori.actio.*

Qui *sub imagine alterius personæ, quam ad emendam supposuerat, possederi remis: præsumitur non alienasse, & uelut possessor potest conueniri. l. & qui sub imagine. C.de distractio.pignor.*

Idoneus *officio præsumitur is, ex cuius persona non procedit læsio in alium.l.seruos legauit.ff.de manumiß.test. l.cùm pater filios.§.rogo filia.ff.de leg.ij.c.j.de scrut.in ord. fac.c.fi.de præsumpt.*

Præsumitur *non idoneus, qui lædit aut læsurus est alium officio suo. l. ij. C.de his, qui ueni. ætat.impetra. l. ex persona.C.de probationib.l.j.§.si Magistratus.in fin. ff. de Magist.conuenien.*

Præsumendus *est naturalis adfectus filij erga patrem.l.Aurelius Symphorus. §. Titius testamento. ff. de liber.lega.*

Donatio *præsumitur propter inclinationem proximitatis. l. censualis. C. de donationib. l. liber captus. C. de postlimi.& redempt.ab hosti.*

Qui gladium *strinxerit, & eo percusserit: is præsumitur animum habuisse occidendi: modò si non adpareat diuersum.l.j.§.diuus Hadrianus.ff.ad leg.Cornel.de sica. l.j. C. eod.titu.*

Verba *conuiciorum falsò prolata aduersus innocentem, arguunt animum iniuriandi, punitione reprimendum. l. si non conuicij.C.de iniur.*

Qui natus *est ex marito & uxore in eadem domo: is cre*

*is creditur legitimus esse filius nisi uel absentia, uel mala ualetudo declararet maritum cum uxore aliquandiu non concubuisse. l. filium. ff. de his, qui sui uel alien. iur. sunt.*

Suspectus *est, qui ingerit operas suas inuito. l. quæ omnia. ff. de procurato.*

Non est *uerisimile metu compulsum eum, qui habet claram in urbe dignitatem. l. non est uerisimile. ff. quod met. caus.*

Præsumitur *acquieuisse iudicis sententiæ, qui secundum eam quædam præstitit. l. quædam mulier. ff. famil. erciscund.*

Sententiæ *uidetur consensisse, qui ad soluendum dilationem petijt. l. penul. C. de re iudicat.*

Qui ab *hæredibus institutis aliquid emit, uel conducit, uel soluit eis quòd testatori debebat: is iudicium seu ultimam uoluntatem defuncti agnoscere præsumitur. l. si ponas. §. si hæreditatem ff. de inoffi. test.*

Si exhæredatus *petendi legatum ex testamento aduocationem præbuit, procurationemq; suscepit: remouetur ab accusatione. Agnouisse enim uidetur, qui quale, quale iudicium defuncti adprobauit. l. fi. ff. eod. tit.*

Qui uniuersa *bona sua alienat: intelligitur fraudandorum creditorum habuisse consilium. l. omnes debitores §. j. ff. quæ in fraud. creditor.*

Verisimile fit, *extraneum qui stipulatur dotem sibi finito matrimonio reddi: etiam prospicere in casu uoluisse, si matrimonium non sequeretur. l. si extraneus. ff. de condictio. causa dat.*

In liberæ *mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt: si non corpore quæstum fecerit, Modestinus l. in liberæ. ff. de rit. nuptia. c. illud quoque.*

*de præsumptionib.*

Præsumuntur *quidam esse boni, quia nationis sunt non infamatæ. Quidam mali, quoniam ea natione sunt, quæ ualde infamis est. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict.*

Præsumitur *sortem debere, qui usuras longo tempore soluit. l. cùm de in rem uerso. ff. de usur.*

Si inductum, *hoc est, cancellatum fuerit chirographum, præsumitur debitor liberatus esse. l. si chirographum. ff. de probationib. l. inductum. C. de solut.*

Mulier *edens partum undecimo mense post obitum mariti, præsumitur ex alio concepisse.* Nouell. *de restitu. dot. rer. §. si quidem mulier.* Constit. x x x i x.

Ex tempore *præterito transfertur præsumptio ad tempus præsens. l. sicut re. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. uel hyp. sol.* Et è diuerso. *Ex tempore præsenti, in tempus præteritum. l. quædam sunt, in princ. ff. de reb. dub.*

Creditor *paciscens ne pecuniam petat, uidetur simul etiam ius pignoris remittere. l. soluitur hypotheca. ff. eod. titulo.*

Filij *censentur domini rerum paternarum: nullis grauandi probationibus, siue agant, siue conueniantur. l. siue possidetis. C. de probationib.*

Si scriptum *in instrumento fuerit, promisisse aliquem, præsumuntur omnia solenniter acta, hoc est,* Quòd *interrogatione præcedente, responsio fuerit secuta.* Insti. *de inutili. stip. §. si scriptum. l. sciendum est. ff. de uerb. oblig. l. j. C. de contrahend. & com. stip.*

Qui semel *furere cœperit: is per totam prosus uitam non existimatur ad sanam mentem redijsse: nisi euidenter adpareat diuersum. l. ambiguitatem. C. de usufruct.*

Res

Res *dotalis æstimata post contractum matrimonium, non præsumitur donationis causa æstimari. Sed donata ante matrimonium, uidetur donatio in tempus matrimonij collata. l. si res æstimata. in princ. ff. de iure dot.*

Si mulier *naufragio cum anniculo filio perijt: uerisimile uidetur ante matrem perijsse infantem. l. inter socerũ. in prin. ff. de pact. dotal. l. si mulier. ff. de reb. dub.*

Si bello *pater cùm filio perierit: præsumitur filius ante perijsse. l. qui duos impuberes. §. cum bello. ff. dict. tit.*

Cùm mulier *uno utero marem & fœminam parit: in dubio conijciendum est, priorem masculum fuisse editum. l. si fuerit legatum. in fin. ff. eod. tit.*

Si pater *cùm filio pubere perierit: intelligitur, domi & extra bellũ superuixisse filius patri. Quod si filius impubes cum patre perierit: creditur patrem superuixisse: nisi utroque casu contrarium adprobetur. l. qui duos impuberes. §. fin. ibidem.*

Incendia *plerunque censentur fieri culpa inhabitantium. l. iij. §. j. ff. de offic. Præfec. uigil.*

Aduersus *mentientem, præsumitur etiam sequentẽ eius adsertionem esse falsam. l. cùm de indebito. in princ. ff. de probationibus.*

Nemo ita *resupinus est, ut facilè suas pecunias iactare, & indebitas effundere credatur. Itaq; præsumptio pro eo est, qui accipit. Ibidem.*

Quilibet *præsumitur instructus esse instrumento suæ professionis. l. si quis ex argent. §. prætor ait. ff. de edend.*

Præsens *præsumitur scire quid agatur. l. testium facilitatem. in princ. C. de test. l. j. C. de err. aduoc.*

Is cuius *bona uenerunt, præsumitur non esse soluẽdo, ad instar illius, qui apertè prodigus est. l. tres tuto res. §. fin.*

*ff.de administ.& peric.tuto.*

Quod aliquis *uerbotenus exprimit: præsumitur uo luisse. & contra. Quod quis nõ dixit: intelligitur quoq; non uoluisse.l.sed hæc n mum.& l.seq.ff.de excusa.tutor.l.Labeo ait.§.sed de his.ff.de supell.leg.*

Qui de *rebus alienis non facit solennem inuentarium: is præsumitur in mala fide condemnandus ad id, quod interest iuramento probandum.l.j.§.officio tutoris. ff.de tutel.& rationi.distrahend.*

Præsumitur *agi inter contrahentes, primum, quod ex natura negotij, deinde, quod in ea regione consuetum est. l.cùm quid.ff.si certum petat.l.semper in stipulationibus.ff. de regulis iur.*

Qui per *se uel per alium impedit cognitionem causæ: is omnino censetur suspectus iniquitatis, quam læsa conscien tia timet detegi.l.penul.C.de postul.c.constitutis.de testib. c.peruenit ad audientiam.de testibus cog.*

Summa *pernicies existimatur, impiorum palpitatio. Sicut noxius est (inquit Salomon parabol. xxvj.) qui mittit lanceas & sagittas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico suo: & cùm fuerit deprehensus, dicit ludens feci.*

Ex naturali *inclinatione præsumitur cognatio sanguinis, exemplo Salomonis omnium celeberrimo. iij. Reg. iij.c.ij.de præsumptio.*

Ex studijs *suis intelligitur puer: uidelicet, qualis futurus sit Deo, & Reipublicæ. Prouerbio.xxvj.cap.iij.de præsumptio.*

Confiteri *uidetur omnia, qui calumniosis dilationibus subterfugit iudicium: uel, qui dato ad purgandum se iudicio non utitur; c. nullus dubitat.eodem titu. xj.q.j.c.*

Christian

*Christianis. & iij. q. xj. c. decernimus.*

Cui plura *proponuntur adserendo: is si unum neget, uidetur tacendo reliqua fateri. c. nonne bene. de præsumptionibus.*

Vicini *præsumuntur scire conditionem uicinorum. c. quosdam. & c. seq. eod. tit.*

Qui tacet, *præsumitur consentire, quãdo lex dat potestatem contradicendi, quæ dißimulatur tacendo. l. qui tacet. ff. de regulis iuris. l. pen. ff. de re iudicat. l. si seruus communis. ff. de donat. inter uirum & uxor.*

Verisimile *non uidetur, cognatum ignorasse malam ualetudinem cognati, non subitò defuncti. l. octaui gradus. in fi. ff. unde cognat.*

Quod secundum *ordinationẽ iuris primùm fieri debebat: id primo loco censetur factum esse. l. & qui duas. ff. de seruitutibus urba. prædio. l. illud dubitari. ff. de acquirenda hæredităt. Sicut (inquit Pomponius) si legitimam uelim ad me pertinere, cùm sciam testamento mihi relictam: uidebor antè repudiare testamentum, & ita legitimam acquisisse.*

Credendum est, *eum, qui partis dominus est, puta socium, iure potius suo uti, quàm furti consilium inire. l. meritò autem. ff. pro soc. l. si quis seruum. ff. de seru. corr.* Nemo *enim suum receperit. l. item apud* Labeonem. *§. si communem. ff. de iniur. l. semper in dubijs. ff. de reg. iur.*

Quod facere *quispiam consueuit: eius quoq; nũc simile præsumitur fecisse aut uoluisse. l. uel uniuersorum. ff. de pign. act. l. qui semisses. §. quæsitum est. ff. de usur. l. item si filiusfam. §. quod dicitur. ff. de senatuscon.* Maced. *l. numis indistinctè. ff. de legat. iij.*

Qui sciens *contemnit uindictam ordinatione legis*

à se

*à se faciendam: is est præsumendus in dolo dißimulati criminis.l.propter ueneni.§.neptis.ff.de senatusc.Sila.*

In ambiguis *factis, id præsumitur euenisse, quod humanorum iuris sententiam parere poßit.l.si fuerit.§.fin.ff. de rebus dub.*

Qui confitetur *sibi decem (puta) uel quinquaginta deberi: is præsumitur nihil amplius credidisse debitori. l.rationes.ff.de probat.l.iij.§.cùm Titio centum.ff.de adimen.leg.l.si quidem.C.de transact.*

Præsumitur *quis non alienasse ea, quæ poßidet.l. sicut re.§.si uoluntate.ff.quibus modis pig.uel hyp.sol.*

Qui de *eadem re contraria adserit in gratiam alicuius: is præsumitur priore dicto ueritatem confeßus, quã posteriore uoluerit reuocare mendacio.c.literas.de præsump. c.cum in tua.de testib.c.per tuas.de probat.*

Qui ponunt *eam conditionem, quam sciunt esse impoßibilem: hi præsumuntur cogitare, quòd nihil agi uoluerint.l.non solum.in fin.ff.de obliga.& actionib.* Iuncta *l.impoßibilis.ff.de uerb.oblig.*

Si quis *priuatim scripserit se fideiußisse: uidentur omnia solenniter acta.l.sciendum est.ff.de uerbo.obligat.* In*stitut.de inutili.stipula.§.si scriptum.&* Institut.*de fideius. §.fin.l.j.C.de contrahend.stipulation.* Ratio est. Q*uia uerba scripti insinuant ipsam solennitatem & iuuant coniecturam.* E*t hanc commentatores uocant solennitatem intrinsecam magno uerborum inuolucro.*

Quando alicui *rei tribuitur autoritate iuris significatio perfectionis: tunc probata re illa, simul etiam præsumitur perfectio.* V*t ecce, Arra non ui nominis, sed legitima autoritate significat perfectam esse conuentionem.* E*rgo probata arra, sequitur argumentum perfecti contractus.*

*Instit.*

*Instit.de empt.& uend.in princ.ff.de contrah.empt.*

Si tabellio *scribat se præsentem fuisse: præsumitur etiam rogatus: quoniam ex officio suo solet mandatum accipere scribendi instrumenti.* Nouell.*de tabellionibus.* §.j. *Constit.*XLIIII.

Præsumitur *non esse factam transactionē, nisi probetur.l.qui cum tutoribus.§.fin.ff.de transactio.l.sub prætextu.C.eod.tit.*

Princeps *uel Magistratus præsumitur scire consuetudinem ditionis suæ.l.ij.C.quæ sit long.consuet.*

Cum posterior *stipulatio contineret plus quàm prior: præsumebatur olim nouatio.* Aliter *erat, cùm minus complecteretur, nisi nominatim conueniret.l.qui usumfr.ff. de uerb.oblig.* Hodie *non præsumitur.l.fi.*C.*de nouat.*

Qui duobus *promittit copulatiuè decem, puta,* Titio & Seio: *is de ijsdem decem sentire, ac unicuiq; quinque, non autem decem promittere, præsumitur.l.stipulatio ista habere.§.eum, qui ita.& l.eum, qui ita.in princip.ff.de uerb.obligatio.*

Præsumitur, *litigantes habere uotum obtinendæ sententiæ.l.in ratione legis* Falcidiæ *retentionis. ff.ad leg.* Falcidi.

Qui petit *sibi pignora addici: is uelut pacto transegisse præsumitur.* Proinde, *contentus poßidere pignora, nō poteſt superfluum debiti petere.l.à diuo* Pio. *§.si pignora. ff.de re iudicat.*

Non præsumitur *aliquis per stipulationem plus promisisse etiam animo nouandi, quàm teneretur priori actione nouata.l.iiij.de usuris.*

In eo, *quod tempore aut facto finitum est, nullus est coniecturæ locus. l.continuus. §. cùm ita stipulatus. ff. de uerbor.*

uerbor.obliga.

Ex naturali *detentione quam adserunt testes, præsumitur possessio ciuilis.l.quædam mulier.ff.de rei uindica.l. iij.§ j.ff.de acquir.possess.l.ij.C.eod.tit.l.Titia.ff.de solut. Nam testes factum quod extrinsecus perceperunt adserere oportet: iuris consequentiam iudici relinquentes,l.hæredes palàm.§.in testa.ff.qui testa fac.poss.l.testium.C.de testib. iunct.l.iij ff.eodem titu.dum dicit. Eum, qui iudicat magis scire posse.*

Qui fundum *uniuersum uno nomine possedit quãuis diuersis partibus locauerat: is præsumitur totum fundum legasse sub uniuersali appellatione, nisi hæres, de qua parte testator senserit,euidenter probauerit.l.Caius Titius pronepos.§.Titius cùm.ff.de legat.ij.*

Verisimile *non fit,ad solutionem quem properasse, amissa querela de chirographo per uim extorto.l.ij.C.de his,quæ ui metus.caus.*

Præsumptio est *pro eo qui dicit,pecunias non indebitas sibi fuisse solutas.l.cùm de indebito.in princip.ff.de probatio.*

Nemo præsumitur *facilè suas iactare pecunias, & indebitas effundere.Ibidem.*

Diligens & *studiosus paterfamiliás non præsumitur faciliter errasse in solutione.Ibidem.*

Non est *uerisimile quem scripsisse falsum contra seipsum.arg.l.exemplo.C.de probat.*

Non malignè *accipiendum est per præsumptionem: eidem stipulatum usuras, cui & sortem, uideri.l.si ita stipulatus fuero: Si Titius.§.Chrysogonus.in fin.ff.de uerbor.obliga.*

Ea,quæ *præstitionibus cõuenisse concipiuntur, etiam in stipul*

*in stipulationibus repetita creduntur. l. Titia quae. §. j. ff. eodem titu.*

Vbi reperitur *in scripta cautione uerbum* Promisit: *ibi praesumuntur praecessisse uerba stipulationis. Ibidem. §. idem respondit cum.*

Reus ob *aliquam rem conuentus cuius incidit dubitatio: semper praesumitur negaturus ueritatem si stetur eorum interpretationi. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerbor. obligatio.*

Vox unius *testis tametsi non probet: utiq; praesumptionem introducit, qua moueri oportet iudicem. ut titu. de consuetud. recti feud. § sacramentum. dum dicit: Si aliquid pro eo sit quod iudicem moueat. l. si duo patroni. in princ. ff. de iureiuran. l. j §. fin. ff. de lib. agnosc. l. j. & l. ij. in fi. ff. quēadm. test. aper. l. Theopompus. ff. de dot. releg. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud. l. si quis decurio. C. de decur.*

Quae fiunt *ante officium ea praesumuntur facta priuato adfectu, non officij ratione. Notatur in l. si aliquid. C. de suscepto. praeposit. & arcari.*

Praesumitur saepe *aliquid negatum, nisi probetur cōcessum fuisse propter id, cui accedit, ut tit. de feud. guard. & castal. §. si uerò. l. j §. item Senatuscon. ff. de postuland. l. furti. §. pactus'ue. ff. de his qui not. infa.*

Cùm quis *facit aliquid ad quod non obligatur: tunc error praesumitur, nisi probetur scientia in homine simplici. l. sed & si quis cautioni. l. cum de indebito. §. sin autem is. ff. de probationibus.*

Qui id *facit aut dat, cuius nulla tenetur obligatione: is praesumitur certò scire, nisi probet errorem si homo sit homo diligens, & studiosus paterfamiliâs. d. l. cùm de indebito. in princ.*

Qui

Qui *postea fecerit quod prius fecisset si certior factus cognouisset: id ex æquitate admitti debet, ubi de damno alterius uitando tractatur. l. denique diuus. §. & si. ff. de minoribus xxv. annis.*

In dubio *præsumitur, masculus prior ex utero matris editus, quàm fœmina, ubi nascuntur gemini. l. si fuerit. in fin. ff. de rebus dub.*

Præsumitur *quis non alienasse ea, quæ poßidet. l. sicut. §. uoluntate. ff. quibus mod. pig. uel hyp. sol.*

Cum debitor *creditori aliquid soluit, inde non nascitur præsumptio, quòd creditor ex alia fortè causa nihil debeat uicißim debitori tunc soluenti. l. si cùm dos. in princ. ff. rer. amota.*

Qui confitetur *sibi tantum decem deberi aut aliã rem: is præsumitur nihil amplius credidisse huic debitori. Nulla taxationis uoce adiecta: cessat talis præsumptio. l. rationes. ff. de probat. l. iij. §. cum* Titio *centum. ff. de adimen. leg. l. siquidem. C. de transact.*

Præsumitur *donare, qui sciens indebitum soluit. l. huius per errorem. ff. de reg. iur.* Et *ideo soluens eo casu nõ habet condictionem indebiti l. j. ff. de condict. indeb.*

Præsumptio *in materia legatorum ex multis colligitur gradatim, quæ in alijs etiam præsumptionũ speciebus plurimum ualent.* Vlpianus *in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. si numerus numorum legatus sit, neq; adpareat quales sint legati: ante omnia ipsius patrisfamiliâs consuetudo, deinde regionis, in qua uersatus est, exquirenda est.* Sed *& mens patrisfamiliâs, & legatarij dignitas & charitas, & neceßitudo.* Item *earum, quæ præcedũt, uel quæ sequuntur, summarum scripta, sunt spectanda.*

Nemo præsumitur *uoluisse, ut quis eandem rem*

*bis cons*

*bis consequatur. l. Meuius fundum. in princ. ff. de legat. III.* Papinianus: *Meuius fundum, mihi ac* Titio *sub conditione legauit: hæres autem eius eundem sub eadem conditione mihi legauit.* Verendum *esse Iulianus ait, ne existente conditione pars eadem ex utroq; testamento mihi debeatur.* Voluntatis *tamen quæstio erit.* Nam *incredibile uidetur, id egisse hæredem, ut eadem portio bis eidem debeatur.* Sed *uerisimile est, de altera parte eum cogitasse.*

Præsumitur, *quod fideiussores à tutoribus dati,* Rem pupilli saluam fore, *non fuerint satis idonei: nisi probentur fuisse soluendo. l. j. §. si magistratus. ff. de magistra. conuenien.* Probatio *autem (inquit* Vlpianus*) non pupillo incumbit, ut doceat fideiussores soluendo non fuisse cùm acciperentur: sed magistratibus, ut doceant eos soluendo fuisse.*

Qui manet *ultra tempus in re conducta, uidetur de nouo conduxisse. l. legem. C. de locat. & conduct.* Legem *quidem conductionis seruari oportet, nec pensionum nomine amplius, quàm conuenit, reposci.* Si *autem tempus in quo fundus locatus fuerit, sit exactum, & in eadem locatione conductor permanserit: tacito consensu eandem locationem unà cum uinculo pignoris renouare uidetur. l. qui ad certum. ff. eod. tit.*

Præsumptioni *tunc est locus cum ueritas alio modo inuestigari non potest. l. numis. ff. de leg. ij.* Vlpianus: Numis *indistinctè legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati uideantur: si neque ex patrisfamiliâs, neque ex regionis consuetudine unde fuit, neq; ex contextu testamenti possit apparere.* Arg. *l. antiqui. ff. si pars hæred. pet.*

Præsumitur *sciens qui scire debet, licet sit ignorans, l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. actio.*

r Vlpian

*Vlpianus*:*Certè si quis dicat, ignorasse se literas, uel non obseruasse quod propositum erat, cùm multi legerent, idq́; palàm esset propositum: non audietur.*

Præsumitur *bonus, qui de bono genere natus est.* Vide, Bonus.

Præsumitur *nemo suum iactare uel perdere. l. cum de indebito. §. sin uerò. ff. de probat.*

Præsumptio *melior, hoc est, uero similior, præfertur inter multas. l.* Quintus Mutius. *ff. de donationib. inter uirum & uxorem. l. meritò. ff. pro socio.*

Præsumitur *bonus uir memor suæ salutis. l. fin. §. & licet. C. ad leg. Iul. repet.* Et licet *neminem diuini timoris cõtemnendo iureiurando arbitramur immemorem, ut saluti propriæ ullum commodum anteponat.*

Præsumitur *id quod malè actum est, semper iniuriam habere. l. si quis. ff. ad leg.* Aquil.

Præsumendum *est potius bonum, quàm malum, ubi factum utranque interpretationem admittit. d. l.* Quintus Mutius. *& l. meritò. ff. pro socio. l. si defunctus. ff. de admin. & pericul. tutor.*

Præsumuntur *omnia solenniter acta: nisi probetur contrarium.* Diocletian. *&* Maximian. *in l. cum precibus tuis. C. de probationib.*

Præsumitur *negare, qui diuersum adserit. l. maritus. C. de procuratorib.*

Præsumptio *non sola sufficit ad damnandum. l. absentem. in princ. ff. de pœnis.* Vlpianus: Sed nec de *suspitionibus debere aliquem damnari,* Diuus Traianus Adsidio Seuero *rescripsit.*

Præsumptioni *leui non est standum. l. deniq;. ff. de minorib. xxv. annis.*

*Præsumpt*

Præſumptio *etiam leuis aliquando obſtat petitioni. l.deniq; diuus.§.j.ff.de minorib.Vlpianus*: Idem tamen (*inquit*) *confitetur*: *ſi leuior ſit ſuſpitio aduerſarij, quaſi dolo uerſati:non debere hunc in integrum reſtitui.*

Prætore *autore qui poßidet,iuſtè poßidet. Paulus in l.iuſtè poßidet.ff.de adquir.uel amit.poſſeß.*

Prætor *ſine cauſa tranſigentem aliquando non audiet.l.cum hi.§.in cauſa.ff.de tranſact.Vlpianus:In cauſa erit inquirendum,quæ cauſa ſit tranſigendi. Sine cauſa enim neminem tranſigentem audiet Prætor.*

Prætor, *cùm unum ex pluribus iudicare uetat,cæteris id committere uidetur.Paulus in l.cùm prætor.in princ.ff.de iudic.l.j.C.ad leg.Iul.de adult.& ſtup.*

Prætor *ad arma & rixas non patiatur procedere eos, quos poteſt ſua iuriſdictione componere.l.congruet.ff. de offic.præſi.l.ſi cuius.§.ſed ſi inter.ff.de uſufruct.*

Prætextu *debiti,reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur.l.prætextu.C.de commodat.*

Prætextus *liciti,non excuſat illicitum.l.illicitas.§.illicita.ff.de offi.præſid.*

# DE PROBATIONIBVS DICTORVM ET FACTORVM PER IOAN. OLDENDORPIVM.

PRobatio *eſt demonſtratio quædam dictorum factorum'ue, iudici facienda, de cauſis apud eum controuerſis cognoſcenti. Vnde probationem rectè dicunt eſſe facti.*

Probatio *eſt rei dubiæ per argumenta,oſtenſio. No-*

*tatur in tit. C. de probationib.*

Probatio *seu fides Iudici est facienda non aduersario. l. inter stipulantem. § j. ff. de uerbor. obligat. l. quinquaginta. ff. de probationib. l. j. C. de condictio. ob turp. caus. l. j. C. de reb. alien. nō alienan. Si præsidi prouinciæ (inquit) probatum fuerit.*

Probatio *nunquam satisfaceret aduersarijs, etiam si solem ipsum ad ostendendam ueritatem in manibus gereres.*

Probanda *non sunt alia, quam quæ necessariò ad causam pertinent. l. ad probationem. C. de probat.*

Probanda *non sunt manifesta, aut iudici nota. l. si uerò. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogan. arg. l. j. in fin. ff. de dote relegat.*

Probatio *est duplex: Altera plena ac iusta: Altera uerò semiplena nec satis demonstrans.*

Probationis *plenæ (quicquid Commētatores rixentur) sex sunt species.*

I. *Testes saltem duo, omni exceptione maiores: Hoc est, quorum fides nulla ex causa legitima potest eleuari, & qui communi hominum opinione reputantur boni uiri, faciunt plenam probationem. l. ij. & l. iij. ff. de testib. iunct. l. ubi numerus. Ibid. Preterquam in ultima uoluntate. l. hac consultißima. § j. C. de testament. l. ult. C. de codicil.*

II. *Instrumenta, hoc est scripturæ fide dignæ faciunt iustam probationem: ueluti, scripta tabellionum, aut magistratuum, aut sigillis confirmata. l. j ff. de fide instrument. Nouell. Quomod. instrument. Constit. LXXIII. l. Diuus Hadrianus. ff. de custod. & exhibi. reo. Item, libri & scripturæ in publica custodia repositi. l. censūs. ff. de probationib. c. post cessionem. De probationib. c. cùm à nobis. De testib. l. fideiussor. §. pater Sei. ff. de pignorib. l. quidam. ff. de const*

*de conſt.pecun.Vbi tractatur de priuatis ſcripturis.*

III. Confeſsio *plene probat aduerſus confitentem in iure, hoc eſt, in iudicio.l.j.ff. de confeß.l.j.* C. *eod. tit.l.ſi ſine.ff. de interrogationib.l.proinde.* §. *j. ff. ad leg. Aquil. Confeßio tamen falſa, poteſt ex ipſa ueritate manifeſta reuocari.l.inde* Neratius. §. *ult.* & *l.ſeq.ff. ad leg. Aquil. Si quis (inquit* Vlpianus*) hominem uiuum, falsò confiteatur occidiſſe, & poſtea paratus ſit oſtendere hominem uiuum eſſe,* Iulianus *ſcribit ceſſare Aquiliam, quamuis confeſſus ſit occidiſſe.*

IIII. Euidentia *facti habet abſolutam probationem.* Vt *cùm quid ſenſu corporeo coràm percipitur. Si quis enim adſerat uulnus atrox eſſe, & mox indicet locum, certè hæc probatio non poteſt reuocari in dubium. Paulus in l. uulneris.ff.de iniur. & in l.ſi irruptione.ff.fin.regund.Si ita res exigit: iudex oculis ſuis ſubijcit loca, quorum fines regendi ac ſtatuendi ſunt. Vnde is qui in ipſo crimine reperitur, ſufficienter conuinci cenſetur.*

V. *Iuſta ac uera probatio, producitur ex iureiurando, quod ab altero litigatorum defertur alteri, uel quod Iudex decernit in ſupplementum ſemiplenæ probationis. Caius in l.j. ff. de iureiurand. Maximum remedium (inquit) expediendarum litium in uſum uenit iuriſiurandi religio, qua, uel ex pactione ipſorum litigatorum, uel ex autoritate iudicis deciduntur controuerſiæ. Et Paulus in l. ſeq.Iuſiurandum (ait) ſpeciem tranſactionis continet, maioremq; habet autoritatem quàm res iudicata. Eôdem reſpexit* Vlpianus *in l.non erit.ff.dict.tit.* Dato*(inquiens) iureiurando, non aliud quæritur quàm an iuratum ſit, remiſſa quæſtione an debeatur, quaſi ſatis probatum ſit Iureiurando.In cauſis autem criminalibus, quæ apertißimam*

*exigunt probationem, non defertur iusiurandum.l.fin.C.de probatio.l.dolum.C.de dol.mal.*

VI. *Ex iusta præsumptione seu coniectura colligitur aliquando sufficiens probatio.l.ult. C.de probationib. dum dicit. Vel iudicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus.l.si constante.ff.solut. matrimon.l.in tempus. §.quoties.ff.de hæredib. instituend. iunct.l.licet Imperator. ff.de legat.1.*

Probatio *semiplena est, per quam rei gestæ fides aliquà fit iudici: non tamen tanta ut iure debeat eam sequi in sententia dicenda. Huius sunt quatuor species.*

I. *Cùm unus testis pro actore uel reo dicit.l.Iurisiurandi.C.de testib.l.j.in fin.ff.quemadm. testament. aperiant. In quibusdam tamen casibus nonnunquam uni testi creditur propter autoritatem testatoris.l.Theopompus.ff.de dot. relegat. Aut propter consensum aduersarij.l.j.in princ.ff. quar.rer.act.non dat.l.ult.C.de fideicommiß.*

II. *Comparatio literarum, cùm de scripto dubitatur, facit semiplenam probationem. Est autem comparatio literarum, quoties ex scriptura fide digna ostenditur scriptum controuersum eiusdem esse scriptoris.l.comparationes.C.de fid.instrument. Nouella: Quomod.instru.§.certè. & §.cæterum si tabellio.Constit.LXXIII.*

III. *Priuatæ scripturæ, faciunt quidem probationem, sed imperfectam.l.instrumenta.C.de probat.*

IIII. *Præsumptio seu coniectura non ita magna, talis tamen quæ contemni prorsus non debeat, facit aliquam probationem: de quibus præcedente tit. dictum est. Et profectò præsumptionum species, lynceis (ut ita dicam) oculis ac diligentißimè à Magistratibus perpendendæ sunt.*

REGVL

REGVLAE PROBATIONVM.

I.

Actor *adferens aliquid, probare debet; quia iustum est ut is fidem faciat dicti uel facti sui, qui intendit esse uerum ab aduersario negatum. l. ij. ff. de probationib. l. actor. C. eod. tit. l. qui accusare. C. de edend. l. res. C. de rei uend. instit. de legat. §. quod autem diximus.*

II.

Actor *probat se pecuniam indebitam soluisse. l. cùm de indebito. §. si uerò. ff. de probationib.*

III.

Qui *falsò negat se accepisse id, quod reuera accepit: de mendacio conuictus grauatur probatione. d. l. cùm de indebito. ff. de probationib.*

IIII.

*Si pupillus, minor, mulier, miles, agricola, uel alius simplicioris ingenij soluerit pecuniam indebitam: reijcere potest onus probandi debiti in reum conuentum. ead. l. cùm de indebito. §. si autem is.*

V.

Soluens *pecuniam pro parte indebitam, tenetur probare iuxta regulam generalem. d. l. cùm de indebito. §. si autem pro parte.*

VI.

Actor *potest deferre iusiurandum reo, aut contra, reus actori: uel alter alteri referre in materia indebiti. Quod tamen iudex passim admittere non debet si quid uideat obstare. d. l. cùm de indebito. §. in omnibus autem.*

VII.

Qui *allegat cautionem à se scriptam, indebitè expositam fuisse: is probare debet, sub distinctione quæ tractatur*

*in d.l.cùm de indebito.§.sin autem cautio.*

VIII.

Coniectura *pro adserente legitima & sufficiens, transfert onus probandi in aduersarium: ueluti, cùm frater petit partem prædij paterni: frater negans faciendam diuisionem, debet probare prædium ad se tantum pertinere.*Nam *bona paterna præsumuntur communia inter fratres.l.siue poßidetis.*C.*de probationib.* Arg.*l.si necessarias.§.penult.ff.de pignora.actio.*

IX.

Opponens *exceptionem per quam aliquid adserit, debet eam probare.* Quoniam *in exceptionibus dicendum est, reum conuentum partibus actoris fungi ut impleat intentionem.* Tales *sunt exceptiones solutionis, transactionis, præscriptionis, & cæteræ.* Idem *dicendum est de replicationibus, quæ uelut exceptiones sunt actoris.l.j.& ij.ff.de exceptionib.*

X.

Negans *simpliciter factum non adiecta loci uel temporis circunstantia, non est compellendus ad probationes.* Vt *si quis dicat se non esse uocatum in ius, aut non contraxisse, uel rem non esse aduersarij.* Hanc *enim uocant puram uel simplicem negationem, quæ nihil adsertionis in se habet.l.ult.*C.*quib.ad libert.procl.non li.l.nemo.in fin.*C.*de adquir.poß.l.plures.in princ.* C. *de fid. instrum.l.j.§.sed si cum poßint.ff.de collat.bon.l.si ex cautione.*C.*de non num. pec.§.commodum.*Instit.*de interdict.*

XI.

Negans *aliquid certo loco uel tempore factum esse non est immunis à probatione, quam & præstare potest, si ostendat alio in loco aut tempore factum fuisse, iuxta l.*

*optim*

*optimam.C.de contrah.& commit.stipul.& §.item uerborum.Inst.de inutilib.stipul.*

XII.

Is *qui negat qualitatem personæ uel rei idoneam, utique probare tenetur.* Nam *quilibet præsumitur idoneus, sicut & quælibet res bona, nisi diuersum doceatur.* Vlp. *in l. cùm quidam ita fideicom.* Papinianus *l.cum pater.§.rogo. ff.de legat.ij.l.ulti.ff. de liber.agn.l. si creditores.in fi.ff.de priuileg.cred.*

XIII.

Neganti *solennitatem iuris fuisse adhibitam incumbit probatio.l.ab ea potestate.ff.de probat.l.nec non.§.quod eis.ff.ex quib.caus.mai.l.nõ omne.§ j ff.de regul.iur.* Quod *intellige de solennitate negotiorum extra iudicium.* Iudicij *autem solennitas probanda est, si negetur ab aduersario.c. quoniam contra fal.de probat.*

XIIII.

Qui *aliquam natiuitatis suæ originem, puta genus, gentem, seu familiam allegat: is semper probare debet.l.j. ff.de probat.* Genus *appellatur totius cognationis necessitudo.* Gens *uerò familia tantùm ex eadem linea (ut dicunt) masculina descendens.* Cognatio *autem apud* Romanos *diuidebatur in agnationem, & cognationem. Agnatio erat inter eas personas, quæ idem cognomen habebant gentilitatis, easdem imagines, eandem familiam: breuiter, qui omnia etiam religionis iura communiter habebant.* Vnde *iam nunc agnationem metimur in feudis,* Eynen namen, *schilt, und heym.*

*Cognatio autem à matre erat, & apud Ciceronem stirps appellatur, lib. de* Oratore j. Vlpia. *in l.ij.§.j.ff. de suis & legit.* Iustinianus. *§.j.Inst.*De *legit. agnator. successio.*

*Ita ad imitationem Romanorum iam nunc quoque tria personarum iura obseruamus: uidelicet, Cognationis seu stirpis, Adgnationis, & Gentilitatis.*

*Gentilitas enim nobilium est propria, sicut cognatio cum adgnatione communis omnium. siquidem gentiles & olim dicebantur, qui suis generis imagines proferre poterant ob insignem uirtutem rerum præclarè gestarum adeptas. Qua ratione Cicero in Pisonem, antiquißimi generis stemma, uocat fumosas imagines. Contra, qui nullis maiorum imaginibus & nobilitate commendabantur: eos terræ filios, à sese ortos, ac nouos homines appellat. Tranquillus in Vespasiano: Flauia gens (inquit) obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamē Reipublicæ nequaquam pœnitenda.*

*Nobilitatem item multum commendabat, quòd ab ingenuis nati essent, quorum maiores seruitute aut capitis diminutione nunquam fuissent contaminati: ut à libertis, uel adscriptitijs, uel alijs hominibus plebis facile discerni possent.*

XV.

Qui *cum minore contraxit: is probat interuenisse solennitatem iuris, fortè negatam. l. quæcunque. in fi. ff. de public. Ratio differentiæ inter hanc, & decimam tertiam regulam est æquitas profecta ex circunstantia personæ: quæ multis captionibus est supposita. l. j. in prin. ff. de minor.*

XVI.

In *tribus iudicijs, scilicet familiæ ercíscundæ, communi diuidundo, & finium regūdorum, cum uterque litigatorum actor & reus censeatur, ab utroque exiguntur probationes, prius tamen ab eo qui ad iudiciū prouocasset. l. in tribus istis. ff. de iudic. l. ij. §. in familiæ ercíscundæ. ff. famil ercisc. l. iudicium. ff. Fini. regund. l. ij. §. ult. ff. commun. diuidund. Idem est*

indup

*in duplicibus interdictis, cum uterque se poßidere intendit. Instit.de interdict.§.penult.*

XVII.

Si *reus fiducia iuris suæ innocentiæ, ultro in se suscipiat onus probandi, mos ei gerendus est.* Vlpia. *in l.circa.ff. de probat.* Quod *si uterq; probare uoluerit: primo loco actor, deinde reus admittitur, ut ibi tractatur.*

XVIII.

*Iudex ex causa nonnunquam potest, ubi uiderit expedire, utrique litigatorum probationem decernere: quia etiam reus excipiendo fit actor, & tamen non censetur confiteri.l. non utique.ff.de except.l.j.*C. *de probat.l. quinquaginta.ff. eod.tit.* Q*uinquaginta (inquit Celsus) testamento tibi legata sunt.*Idem *scriptum est in codicillis postea scriptis.* Refert, *duplicare uoluerit, an repetere, & an oblitus se in testamen to legasse, id fecerit.* Ab *utroque ergo probatio eius rei exigenda est.*Prima *fronte æquius uidetur, ut petitor probet quod intendit, sed nimirum probationes quædam à reo exiguntur.*Nam *si creditum petam, ille respondeat solutam esse pecuniam: ipse hoc probare cogendus est.* Et *hic igitur, cùm petitor duas scripturas ostendit, hæres posteriorem inanem esse dicat: hæres ipse id probare iudici debet.*

XIX.

*Si reus fiducia iuris sui & innocentiæ, ultro in se suscipiat onus probandi mos ei gerendus est.* Vlpia.*in l. circa.ff. de probat.* Q*uòd si uterque probare uoluerit, primo loco actor, deinde reus admittitur, ut ibi tractatur.*

XX.

CVM *iudex ex causa nonnunquam defert alterutri litigatorum iurisiurandi conditionem, quàm oportet suscipere siue actorem siue reum, tunc uidetur incumbere*

*probatio*

*probatio ei, cui defertur iuramentum. Caius in l.admonendi. Vlpianus in l.non erit ratum.§.dato.ff.de iureiur.*

XXI.

In quæstione *falsitatis criminaliter accusando mota, acerrimam oportet fieri indaginem, argumentis, testibus, scripturarum collatione, alijsq; uestigijs ad ueritatem commodè perducentibus. Nec accusatori tantum probationis necesßitas indicenda est, sed etiam reo, ut inter utranque personam sit Iudex medius, ordine probandi seruato, ut primo scripturam producens, deinde falsam arguens, ad probandum admittatur.l. ubi falsi.Et l.ulti.ff.ad leg. Corneli.de falsf. Ciuiliter autem, scilicet excipiendo, falsitatis disceptatione incidente, requirendum est Iudici, utrum instrumentum quod producitur prima facie suspectum sit: puta cancellatum, corasum, aut à Tabellione aliâs mendacij conuicto, descriptum, ut tunc producens probet rei ueritatem.l.iubemus.C.de probat. An uerò nulla ex parte suspectum uideri poßit, ut magis debeat excipiens probare falsitatem.l.qui accusare.C.de edend.*

XXII.

In crimine *læsæ Maiestatis, aut proditæ patriæ, aut peculatus, aut sacramenti militaris deserti, iudex non minus accusatorem ad docendum, quàm reum accusatum ad probandas defensiones, quas allegat, urgere debet, ut tanti criminis executio acerbißima non fiat, nisi ueritate comperta.l.ulti.in fi.C.de abolitio.*

XXIII.

Qui *dicit mutatam uoluntatem alicuius: ei meritò decernitur probatio. Quare enim non potius id quod hodie uolumus, cras quoque uelle reputemur? cùm sic propius ad mores constantis uiri accedere uideamur: quàm ut dicamur*

singu

*ſingulis horis aliud atque aliud uoluiſſe, ſicut leues & parum ingenui ſolent.* Vlpianus in l.cum qui uoluntatem. Papinianus in l.cùm tacitum ff.de probat.

XXIIII.

Emptor *probare debet rem de qua controuerſia eſt, fuiſſe uitioſam antequàm emeret, ut redhibeatur.* Paulus in l. emptorem.ff.de probatio.

XXV.

Qui *dicit dolo malo aliquid factum eſſe, licet excipiendo, docere debet admiſſum dolum.* l.quoties.§. qui dolo.ff.de probat.l.iij.in fi.ff.de tributo.l.ſi prætor.§. Marcellus.ff.de iudic.Vlp.in l.ſed ſi ex dolo.§.ulti.ff.de dol.mal. De probando autem dolo, ſuprà diximus.

XXVI.

Sicut *is qui ad libertatem proclamat prior docere iubetur, ſiue ſit filius ſiue ſeruus, uel ſubditus.* Paulus in l. ſi filius.ff.de probat.Vlp.in l.liberis.§.ulti.ff. de liber. cauſ. Et l.uis eius.C.de probat. *Ita ex diuerſo, qui negat aliquem eſſe talem, qualem hactenus reputauit communis opinio, puta filium uel alium cognatum, is probare debet.* l.non nudis. C.de probat.

XXVII.

Fideiuſſores *pro tutore uel curatore acceptos, fuiſſe idoneos cum promitterent, oportet probare eum, cuius officium fuit prouidere, ut pupillo idoneè caueretur: non uerò pupillum quondam, agente actione ſubſidiaria. Quia quales nunc ſunt, præſumuntur fuiſſe cùm acciperentur.* l.nõ omnes. §.à barbaris.ff.de re mil.

XXVIII.

Cùm *de lege falſidia quæritur, hæredis eſt probatio, locum habere legem falcidiam.* l.cùm de lege. ff.de probat.

*bat.Probabit autem faciliter:uidelicet & per testamentum tot esse legata, & tantum esse in bonis testatoris, per inuentarium.Si autem legatarij diuersum intendant, ipsos oportet probare.l.ultima.§.licentia.C.de iure delib.*

XXIX.

Possessio *rerum corporalium, releuat ab onere probandi, non tamen uiolenta, uel clandestina detentio.§.retinendæ.Insti. de interdict.l. si quis liberum.ff. de probatio.l. uis eius.C.eod.tit.Sic & quasi possessio Iuris alicuius,reijcit onus probandi in aduersarium.l.circa.ff.de probat.l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si seruit.uind.*

XXX.

Patronus *si ab aliquo quasi liberto, exigat operas maximè artificiales, nihil iuuatur quasi possessione operarum,nisi probet eas sibi deberi.l.quoties.in princ.ff. de probat.Vlp.in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond.indeb. Vbi distinguit inter operas officiales,& fabriles, ueluti pictorias uel alias.*

XXXI.

Cum *res aliena legatur, oportet legatarium probare quod testator sciuerit alienam esse,uel obligatam, non autem hæredem,quòd testator ignorauerit.Quia ignorantia huiusmodi facti præsumitur,nisi diuersum doceatur.l.uerius existimo.ff.de probatio.§.quod autem diximus.Inst.de legat.l.qui cum tutoribus.§.ult.ff.de transacti.l.Hoc autem ff.de administra.tutor.Coniunctis tamen personis,semper debetur, & ab hærede luendum est legatum rei alienæ.l. cum rem alienam.C.de legat.Aequitas autem,est ratio huius Iuris uariandi secundum diuersam qualitatem facti.*

XXXII.

Chirographum *cancellatum quocunque casu,nondum*

*dum soluto debito, transfert onus probandi in creditorem ut ostendat pecuniam, uel totam, uel partem eius adhuc debe ri: puta si probauerit deletionem chirographi se inuito fuisse factam. Vlp. in l. j. §. legi. & §. sed consultò quidem. ff. de his quæ in test. del.*

XXXIII.

Donatio *regulariter probanda est ab adserente. l. nec ignorans. C. de donat. Nisi ratio sanguinis accedentibus alijs indicijs, constituat uerißimilem & sufficientem côiecturam pro donatario. l. Procula. ff. de probat.*

XXXIIII.

Confeßiones *testatorum in ultima uoluntate, si in fraudem uideantur adiectæ, nihil prosunt eis ad releuandam probationem, pro quibus adijciuntur. Fraus autem potißimũ detegitur, cùm incapaces sunt relictorum illi, ad quos huiusmodi confeßiones pertinent. Scæuola in lege quidam testamentum. ff. de probat. l. legaui Titio. ff. de liber. legat.*

XXXV.

Qui *ætatem allegat ad fundandam intentionem suam, agendo uel excipiendo, is probat. l. cùm te minorem. C. de probat. l. de ætate. ff. de minor. xxv. annor. l. si minorem. de in integrum restitut.*

XXXVI.

Qui *in tempore fundat intentionem uel defensionem suam, utique debet eam probare. l. matrem tuam. C. de probation. Quia temporis ratio incerta est:*

XXXVII.

Impugnans *ultimam uoluntatem, necessariò probat causam quare non ualeat. l. si scriptum. C. de probat.*

XXXVIII.

Is *qui negat prospectum esse hæredi, cuius fortè in conuentione*

uentione nulla est facta mentio, utique probabit, non actor. Ratio: quia negat rem naturæ consentaneam, quandoquidem tam hæredibus nostris, quàm nobisipsis cauere solemus. Igitur æquum & bonum est, diuersum non credi, nisi probetur. Celsus, in leg. si pactum. ff. de probat.

XXXIX.

Qui dicit sibi rem pignori uel hipothecæ obligatam, probare debet. Primùm, quòd hoc ipsum sponte ac legitimè factum sit: deinde, quòd res obligata fuerit debitoris eo tempore, quo obligaretur. Martianus, in leg. ante omnia. ff. de probat.

XL.

Quomodo autem probandum sit, memoriam facti operis extare uel non extare, tradit Labeo in leg. penult. ff. de probat.

Probationes in criminalibus debent esse luce clariores. l. fi. C. de probat. Gratian. Valent. Theodos. Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, uel instructa apertißimis documentis, uel indicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.

Probationum facultas non est angustanda. l. quoniam. in fin. C. de hæreticis. Iustinianus: Ne probationum facultas angustetur.

Probatione non indigent manifesta. Vide, Manifesta.

Probationes habere debent, qui accusare uolunt. Anto. in l. qui accusare. in prin. C. de edend. Vide, Actore.

Probatur aliquid eo ipso quod contrarium non ostenditur. l. super seruis. C. qui milita. possunt uel non. Iustinianus: Licere dominis adire competentem iudicem, & suam

ignorant

*ignorantiam eò, quòd contrarium minimè probatur, ostendere, eoq; modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere.*

Probatio *non colligitur ex eo, quod quandoq; contingit abesse. l. neq; natales. C. de probat.*

Prodest *aliquid incidens, quod adfectatum non prodest. l. ij. §. fi. ff. si quis caut.* Vlpianus: *Simili modo exceptio datur ei, qui cùm ad iudicium uenire uolebat, à magistratu retentus est, & retentus sine dolo malo ipsius.* Nam *si ipse hoc adfectauit, uel causam præstitit: non proderit ei exceptio, ac ipsius quidem dolus ei oberit: cæterorum non oberit, qui dolo malo fecerunt, ut retineretur.*

Procurator *est, qui aliena negotia mandato domini administrat.* Vlp. *in l. j. ff. de procuratorib.*

Procurator *omnium rerum, uel unius esse potest. ib.*

Procurator *constitui potest uel coràm, uel per nuntium, uel per epistolam. ibid.*

Procuratoris *usus perquàm necessarius est, ut qui rebus suis ipsi superesse, uel nolunt, uel non possunt: saltem per alios possint, uel agere, uel conueniri. ibid.*

Procurator *frustra interuenit, ad crimen publici iudicij persequendum. l. penult. ff. de publ. iud.* Papinianus: *Ad crimen iudicij publici persequendum frustra procurator interuenit: multoq; magis ad defendendum. Sed excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur: & si iustam rationem habent, sententiam differunt.*

Procuratoris *onus suscipere nemo cogitur inuitus. l. filiusfamiliâs. §. inuitus. ff. de procuratorib.*

Procurator *falsus, non est procurator. l.* Paulus. *ff. de uerb. signific.*

Procurator *ignorantis domini conditionem deterio-*

*rem facere non potest. l. ignorantis. ff. de procurat.* Paulus: *Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet.*

Prodigus *est, qui sermonibus quidem uidetur sapiens, sed factis tamen insipiens. l. his, qui. §. diuus* Pius. *ff. de tutorib. & curatorib.*

Prohiberi *uidetur etiam id, per quod peruenitur ad rem prohibitam. c. tuæ. de procur. l. oratio. ff. de spons.*

Progressus *difficilior est à non esse, ad esse, quàm ab imperfecto, ad perfectius esse. l. cùm ab eo. & l. quid tamen. ff. de contrah. emp. & uend. l. talem. ff. de hær. instit.*

Prohibitus *in uno, in alio est admittendus. l. ex eo quod prohibet. ff. de fide instr.*

Prohibitio *unius plus ualet, quàm multorum concessio. l. per fundum. ff. de seruit. præd. rustic.*

Promissum *honestum, debitum est iure. l. j. in prin.* C. *de suffragio. instit. de uerb. obligationib. in princ. l. j. ff. de pactis. l. non minorem.* C. *de transactionib.*

Promissor *speciei interitu liberatur. l. si ex legati. ff. de uerb. oblig.*

Propositiones *duæ uniuersales contrariæ, non possunt simul esse ueræ. l. si is, qui ducenta. ff. de reb. dubijs.*

Prouocare *ad magistratum, nihil aliud est, quàm appellare.* Vide, Appellans.

Propheta *acceptus nemo est in patria. l.* Barbarius Philippus. *ff. de offic. prætor. item,* Marci vj. *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. l. tres tantummodo.* C. *de offic. prætor.*

Prouincia *à præside malis hominibus purgari debet.* Vide, Præses.

Proximus *est, quem nemo antecedit: supremus est,*

quem

*quem nemo sequitur.* Paulus in *l. proximus. ff. de uerbor. signific.*

Proximi *appellatione, etiam continetur, qui solus est.* Licinius Rufinus in *l. proximi. ff. eodem tit.*

Principali *remoto tollitur accessorium. Quia accessorium sine principali esse non potest.* Vide, Accessorium.

Principalis *causa si non subsistat, nec ea quidem quæ sequuntur locum habebunt. l. cùm principalis. ff. de regu. iur.*

Principale *idem ius continet, quod accessorium. l. si ut certo. ff. commod.*

Principijs *ignoratis, ignoratur & ipsa ars. l. j. ff. de iustit. & iur. & notatur in c. nullus plurib. de regu. iur. lib. vj.* Nouell. *de non alienand. aut permutand. §. scimus. in fin.* Const. v i i.

Principium *cuiusq; rei potissima pars est. l. j. ff. de orig. iur.*

Principio *quæ sunt inchoata malo, uix est ut bono peragantur exitu.* Vel, *Malum principium, malus finis sequitur. l. uniuersis. C. qui dare tutores uel curat. j. q. j. c. principatus.*

Principium *rei si fiat decens & pium: omnia bene & competenter geruntur.* Nouell. *Quomod. oporteat episcop. & cæteros cleric. §. nos uerò.* Constit. v i.

Principum *placita, legis uigorem habent lege* Regia *quæ de imperio lata est. inst. de iure natur. gent. & ciuili. §. sed & quod principi.*

Principis *omnia intelligũtur esse.* Vide, Imperator.

Princeps *bona concedendo, uidetur etiam obligationes concedere.* Paulus in *l. princeps. ff. de uerb. signific.* Vide, Obligationes.

Princeps *legibus solutus est.l. princeps. ff. de legib.*

Princeps *licet legibus solutus sit, attamen secundum leges uult administrare.l.digna uox.C.de legib.& l. ex imperfecto.ff.de legat.iij.*Vide,Imperator.

Primatum *quicunque perperam in terris ambierit, pœnam haud dubiè feret. §.quicunque.xl.distinct.*

Primum *aliud ante se habere non potest,in proœmio digest,*

Primus *percutiens censetur facere rixam.l. si plagis. §.tabernarius. ff.ad leg.Aquil.* Alfenus: *Culpam enim penes eum, qui prior flagello percußisset,residere.l.j. §. cùm arietes.ff.si quadrupes pauperiem.* Vlpianus: *Cùm arietes uel boues commisissent, & alter alterum occidisset: Quintus Mutius distinxit, ut si quidem is perisset, qui aggressus erat: cessaret actio, si is qui non prouocauerat, competeret actio.*

Priuilegia *multa dantur aduocatis in l.sancimus. C. de aduocat.diuerso.iudicio.*

Priuatio *præsupponit habitum.l.remittit. ff. de iureiurando.*

Priuatio *& habitus non habent medium. l. hæc uerba.ff.de uerb.signific.*Vide,Medium.

Publica *& communis utilitas est præferenda priuatæ.*Nouell.*de non alienand.aut permutand.reb.ecclesiast. §.oportet enim.*Const. v i i.

Puberes *dicuntur illi, qui sunt maiores xiiij. annis. inst.de nupt.in princ.*

Puella *pro incremento ætatis exhibenda est atq; alenda.l.cum unus.§.alimentis.ff.de alim.& cib.leg.*

Pulchritudine *quadam solent noua placere. l. j. C. de ueter.iur.enucl.*

Pueri

Pueri *atque propinqui sunt emendandi, ut in tit. C. de emend.propinq.*

Puniendus *est qui fines mandati excesserit. l. diligenter.ff.mandat.*Vide,Fines mandati.

Puniri *debet grauius,qui grauius delinquit. Nam secundum qualitatem facti puniendus est.inst.de public.iud.§. item l.Iulia.de ui public.*

Pupillus *per acceptilationem liberari potest, sine tutoris autoritate.l.pupillum.ff.de accept.*

Pupillus *nõ uidetur peierare, quia sciens fallere non censetur.l.qui iurasse.ff.de iureiur.* Paulus:*Qui iurasse dicitur,nihil refert, cuius sexus ætatis'ue sit.* Omni enim modo *custodiri debet iusiurandum aduersus eum,qui contentus eo, dum deferret, fuit. Quamuis pupillus non uideatur peierare, quia sciens fallere non uideatur.*

Pupillus *sine autoritate tutoris non obligatur.* Inst. *de autor.tut.in princ.cum autoritate potest obligari.*

## Q

QVæstio *fatua,est deridenda.l.Domitius Labeo.ff. qui testam.fac.poss.* Celsus:*Domitius Labeo, Celso suo, S. Quæro an testium numero habendus sit is, qui cùm rogatus est ad testamentum scribendum, idem quoque cùm tabulas scripsisset,signauerit? Iuuentius Celsus Labeoni suo, S. Aut non intelligo,quid sit, de quo me consulis; aut ualde stulta est consultatio tua.Plus enim quàm ridiculum est dubitare,an aliquis iure testis adhibitus sit,quoniam idem & tabulas testamenti scripserit.*

Quæstio *tota debet simul terminari.l.in hoc iudicio. ff.famil.erciscun.*

Quæstio *maior in cognitione iudicij, minori præfertur. l.j. C.qui accusar. non possunt.* Hoc uerum, nisi mi-

*nor sit præiudicialis maiori. l. quoniam.* C. *ad leg.* Iuliam. *de adult.*

Quando *plus fit, quàm fieri debet, uidetur etiã ipsum fieri quod faciendum est. l. si cui uia actus. & l. si se. ff. de re iudic. l. non sunt liberi. ff. de statu hominum.*

Quantò *aliquis præest melioribus, tantò ipse melior & honestior est. de feud. c. j. §. nos uerò.*

Quæ *non prosunt singula, iuuant coniuncta. notatur in l. instrumenta.* C. *de probat.*

Qui *non potest minus, is nec maius potest. l. qui indignus. ff. de senatorib.* Pomponius: Qui *indignus est inferiore ordine, indignior est superiore.*

Qui *non est mecum, contra me est. l. cœlicola.* C. *de Iudæis.* Et *qui non mecum congregat, spargit:* Math. xij.

Quod *uolui non potui, & quod potui non uolui. de offi. deleg. c. cùm super* Abbatia.

R

RAtio *naturalis potest allegari etiam sine lege. l. fin. ff. de pœnis. l. cum uno. ff. de damno infect. & de præb. c. si* Romanus. Nec *lex rationem tollere potest. l. ætatem. ff. de censib.* Nam *deficiente lege uel canone, potest allegari ratio. xix. distinct. c. si* Romanorum. *& distinct. viij. c. frustra.*

Ratio *ciuilis, iura naturalia corrumpere non potest. inst. de leg. adgnat. tut.* Quia *ciuilis ratio, ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia uerò non utiq;. instit. de capit. dimin. §. cùm autem.* Vide, Ius naturale.

Ratio *generalis præualet speciali. notatur* Inst. *de usucap. §. quod autem. &* Inst. *de nupt. § adfinitas. & §. socrum quoq;.* Qui *tamen habet generale auxilium non debet petere speciale, ut in l. quædam personæ. ff. de edend.*

Ratio

Ratio *à capite edenda est. l. argentarius. §. edi. ff. de edend.* Caius: *Edi autem ratio ita intelligitur, si à capite edatur.* Nam *ratio nisi à capite inspiciatur, intelligi non potest. l. j. §. editiones. ff. eod. tit.*

Ratio *eadem eorum est, quæ tendunt ad eundem finem. l. oratio. ff. de sponsal.*

Ratio *est anima legis.* Notatur *in l. non omnium. ff. de legibus.*

Ratione *legis cessante, cessat & ipsa lex.* Ibid. *& l. liberorum autem. §. j. ff. de his qui notant. inf. l. illud quæsitum. in princ. ff. ad leg.* Aquilia.

Rationem *iuris excedentia, non debent ad consequentias trahi. l. quod uerò. ff. de legibus.*

Ratio *non omnium reddi potest, quæ à maioribus constituta sunt. l. non omnium. ff. de legibus.*

Ratio *eadem, exigit idem ius. l. illud quæsitum. ff. ad leg.* Aquilia. *l. à* Titio. *ff. de uerbor. obligat.*

Ratio *format pactum. l. interpositas. §. sed quoniam.* C. *de transactionibus.* Sed *quoniam cum, cum quo te transigisse commemoras, ex ancilla seruum natum adscueras: si uera sunt quæ precibus complexus es: alia ratio pactum reformat.* Nec *enim dubij iuris est, dominos cum suis seruis paciscentes, ex placitis teneri atque obligari non posse.* Diocletianus *&* Maximianus *l. ij. §.* Idem Iulianus. *ff. de eo quod cert. loc.*

Ratihabitio *omnis retrotrahitur, & mandato non est dubium comparari. c. ratihabitionem retrotrahi. de regulis iuris lib. vj. l. si quis mihi bona. §. iussus. ff. de acquir. uel amitt. hæreditate. l. licet ff. de iudic.* Vlpianus: Li*cet uerum procuratorem in iudicio rem deducere, uerissimum est: tamen & si quis, cum procurator non esset,*

*litem contestatus sit, deinde ratum* Dominus *non habuerit, uidetur retro res in iudicium rectè deducta.*

Rarò *quod fit utiq; fieri dicitur. l. sed & si. ff. de usu. & quemadmod.*

Rarum *est charum.* Nouell. *de consuetu.* §. *cum igitur.* Martiano. *in fi.* Const. c v. *l. nam ad ea. ff. de leg.*

Ratum *habere non possum, quod meo nomine non est gestum.* Notatur *in l. item si.* §. *si quis quasi seruus. in fi. ff. negotior. gestor.*

Reddere *aliud est quàm de suo dare.* Vlpian. *in l. eleganter.* § *j. ff. depofit.* Vide, Aliud est.

Reatus *omnem honorem excludit. l. j. C. ubi senatores uel clarißim.*

Religiosa *sunt quæ religiosis adhærent. l. quæ religiosis. ff. de rei uendic.* Paulus: *Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt.* Et *idcirco nec lapides inædificati, postquàm remoti sunt, uindicari possunt.*

Remedium *ordinarium cùm locum non habet, tunc aliquando recurritur ad extraordinarium. l. in causæ. ff. de minoribus.*

Remunerationi *quilibet obnoxius est.* Vide, Beneficij,

Rei *appellatio latior est, quàm pecuniæ: quia etiam ea, quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: quanquam pecuniæ significatio propriè ad ea referatur, quæ in patrimonio nostro sunt.* Paulus *in l. rei appellatio. ff. de uerbor. signific.*

Rei *appellatione, & causæ, & iura continentur.* Vlpianus *in l. rei. ff. eod. tit.*

Rei *appellatione, etiam pars continetur.* Caius *in l. appelatione rei. ff. de uerb. signifi.*

Rerum

Rerum *appellatione, & personæ continentur. l. omnia quæ. §. cum in legatur. ff. de legatis ij. Modestinus:* Cum *ita legatur,* illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt: *mancipia quoque continentur.*

Res *suas cogitur aliquis uendere. l. si quis sepulcrum. in princip. ff. de religios. & sumptib. funer.* Vlpianus: *Præses etiam compellere debet, iusto pretio iter ei præstari: ita tamen, ut iudex etiam de oportunitate loci prospiciat, ne uicinus magnum patiatur detrimentum. Institut. de his qui sui, uel alien. iur. sunt. §. sed & maior asperitas. in fin.* Vbi D*ominus inuitus cogitur uendere suos seruos. l. ij. ff. eod. tit.* I*nstit. de donationib. in fin.*

Res *suas nemo uendere cogitur etiam iusto pretio. l. inuitum. C. de contrahen. empt. & uend.* Dioclet. & *Maximia.* I*nuitum comparare, uel distrahere postulantis desiderium, iustam causam non continet.*

L*. nec emere. C. de iure deliber. Arcadius, &* Honorius: N*ec emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisq; hæreditatem adire compellitur.*

L*. non enim. ff. rerum amota. Paulus:* Non *enim æquum est, inuitum suo pretio res suas uendere. l. j. C. de episcopal. audient.*

Res *licet peruenerit ad eum casum à quo incipere non potuit: non tamen per hoc uitiatur. l. cæcus iudicantis. & l. si quis postea, quàm. ff. de iudicijs.*

Res *cùm ad eum casum peruenit à quo incipere non potest: non ualet actus. l. huic. & l. sequent. ff. ad legem* A*quil. Martianus:* Q*uia in eum casum res peruenit, à quo incipere non potest. l. pro parte. ff. de seruitutibus.* M*odestinus:* C*orrumpit stipulationem, in eum casum deducen-*

*do,à quo stipulatio incipere non poßit.*

Res *propriè reddita non dicitur, quæ deterior reddita est.l.iij.in princ.ff.commod.* Vlpianus: *Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita: non uidetur reddita, nisi quod interest, præstetur.* Propriè enim dicitur *res non reddita,quæ deterior redditur.*

L.Iulianus.§.*sed & si.ff.ad exhibend.* Sed & *si quis rem deteriorem exhibuerit, æquè ad exhibendum eum teneri*, Sabinus *ait: Sed utique uerum est si dolo in aliud corpus res sit translata: uelutisi ex scypho maßa facta sit. Quanquam enim maßam exhibeat: ad exhibendum tenebitur.* Nam *mutata forma propè interimit substantiam rei, ut Marcellus scribit.*

Res *nostra nobis inuitis ab alijs retineri non potest.l. si filiofamiliâs.§.maritum.ff.solu.matrimon.quemad.*

Res *iudicata pro ueritate accipitur.l.ingenuum. ff.de statu homin.l.res iudicata.ff.de regul.iur.*

Res *iudicata non potest ex uno eodemq; iudicio pro parte ualere, & pro parte non ualere.l. quædam. ff.* Famil.*erciscund.*

Res *à fine denominanda est.l. rem non nouam.§.fin.*C. *de iudicijs.& l.ex imperfecto.ff.de legat.iij.*

Res *cùm iudicatur esse mea, simul iudicatur illius non esse.l.*Pomponius *scribit.§.deniq;.in fin.ff.de procurat.*

Res *tanti æstimatur, quanti emptorem inuenerit.l.si seruus.§.quod si.ff.de condictio.furti.* Vlpianus: *Quod si pendente conditione iudicetur: iudex æstimare debebit, quanti emptorem inuenerit. l. si quis uxori. in fine. ff.de furtis.* Idem.*Pendente autem conditione, tanti æstimandus est, quanti emptorem potest inuenire.c.cùm* Ioannes *heremita.de fide instrumentor.l.si uenditor.§.fina.ff.de seruit.exp*

*uit.exportand.*

Res *inter alios acta, alijs nec prodest nec nocet.l.sæpe constitutum est ff.de re iudic.* Marcellus: *Sæpe constitutum est, res inter alios iudicatas, alijs non præiudicare. Quod tamen quandam distinctionem habet.* Nam *sententia inter alios dicta, aliàs quibusdam etiam scientibus non obest: quibusdam uerò, etiam si contra ipsos iudicatum sit, nihil nocet.* Nam *scientibus nihil præiudicat: ueluti si ex duobus hæredibus debitoris alter condemnatur.* Nam *alteri integra defensio est, etiam si cum cohærede suo agi scierit:* Item: *si ex duobus petitoribus alter uictus acquieuerit, alterius petitioni non præiudicatur:idq; ita rescriptum est.*

Rerum *inhonestarum nulla est societas.l.quod autem.ff.pro socio.* Vlpianus: *Quod autem ex furto, uel ex alio maleficio quæsitum est: in societatem non oportere conferri, palàm est: quia delictorum turpis atque fœda cõmunio est. Planè si in medium collata sint:commune erit lucrum.* Vide, Societas.

Res *eadem, diuerso iure non debet censeri. l.eum qui ædes.in fin.ff.de usucapionibus.l.j ff.de rerum permutatio. & cap.cum in tua. de decimis.* Vide, Eadem res.

Rebus, *non uerbis ipsis legem imponimus.l.ij.in fin. C.cõmu.de legat.* Iustinian. Nos *enim non uerbis, sed ipsis rebus legem imponimus.l.fin.C.de usuris.*

Res *sua nemini seruit.l.uti frui. in princip. ff.si ususfruct.pet.* Vlpianus: Nec *enim potest ei suus fundus seruire. De suo enim, non de alieno iure quenquam agere oportet.l. in re communi.ff.de seruitut.urb.prædior.* Paulus: *in re cõmuni nemo dominorum iure seruitutis, neque facere quidquam inuito altero potest, neq; prohibere quominus alter faciat.*

*faciat. Nulli enim res sua seruit. Itaq; propter immensas cõtentiones plerunq; res ad diuisionem peruenit.*

Res *aliena uendi potest: sed emptori eam auferri licet. l. rem alienam. ff. de contrahen. emption. & uendit.* Vlpianus: *Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est. Nam emptio est & uenditio. Sed res emptori auferri potest.*

Rei *communis potior causa prohibentis est. l. Sabinus. in princ. ff. commun. diuidund.* Papinianus: *In re enim pari, potiorem causam esse prohibentis constat.*

*L. parietem. ff. de seruitu. urbanor. prædior.* Caius: *Parietem qui naturali ratione communis est: alterutri uicinorum demoliendi eum, & reficiendi ius non est: quia non solus Dominus est.*

Re *cõmuni possum inuito socio uti, ad hoc, quòd mihi prodest, & illi non nocet. l. fistulam. §. fin. ff. de seruitu. urban. prædior.* Paulus: *Iuxta communem parietem, cameram ex figulino opere factam: si ita retineatur, ut etiam sublato pariete maneat: si modo non impediat refectionem communis parietis, iure haberi licet.*

Res *proprio nomine appellentur, an digito ostendantur, an uocabulis quibusdam demonstrentur, nihil interest. l. certum est. ff. si certum petat.* Paulus: *Certum est, cuius species, uel quantitas, quæ in obligatione uersatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis uice fungitur, qualis quantáue sit ostenditur. Nam &* Pedius *de stipulationibus libro primo nihil referre ait: proprio nomine res appellentur, an digito ostendãtur, an uocabulis quibusdam demonstrentur, quatenus mutua uice fungantur, quæ tantundem præstent. Quinimo multas res alienis uocabulis rectius demonstrari, quam proprijs nominibus appellari,*

*pellari, declarat* Cicero *libro* Officior.*j.*

Rei *suæ quilibet est moderator & arbiter,* Vide, Moderator.

Rei *suæ emptio non ualet: siue sciens, siue ignorans emat. Sed si ignorans emi: quod soluero, repetere potero: quia nulla obligatio fuit.*Pomponius,*in l.suæ rei. ff.de contrahen.emptio.*

Rem *suam nemo nisi à fure condicere potest.* Notatur *in l.j ff.de condict.furt.l.fin.ff.de usufruc.& quemad.*

Res *maior propter modicam rem non debet immutari.l.scio. ff. de in integrum restitutionib.* Callistratus: *Scio illud à quibusdam obseruatum: ne propter minimam sané rem, uel summam (si maiori rei uel summæ præiudicetur) audiatur is, qui in integrum restitui postulat. l. si proprietarius.ff.de damn,infect.* Paulus: *Eadem erunt ergo, & si minimum damnum detur.*

Res *nata ex re mea, ad me pertinet. l.solum.ff.de rei uendicatio.*Celsus: *Solum esse partem ædium existimo, nec alioquin subiacere, uti mare nauibus. Meum esse, quod ex re mea superest,cuius uindicandi ius habeo.*

Res *empta pecunia mea,non est mea:& ideo à me uindicari non potest.* Gordianus *l.si ea pecunia.*C.*de rei uendic. Si ea pecunia, quam deposueras, is, apud quem collocata fuerat,sibi possessiones comparauit, ipsiq; traditæ sunt: tibi uel omnes tradi, uel quasdam compensationis causa ab inuito in te transferri,iniuriosum est.*

Res *non uidetur esse in loco,in quo non est mansura.l.j.* C.*de uerbor.signific.*

Res *facilè reuertitur ad suam naturam. l.si unus.§. quod si in specie dotis. ff. de pactis.*Incipiet dos redire ad *ius suum.*

*Res diui*

Res *diuinæ perfectißimæ sunt*. *Humani uerò iüris conditio, semper in infinitum decurrit, nec est in ea quod perpetuò stare poßit.l.j.* C. *de ueter.iur.enucleand.* §.*sed quia diuinæ.*

Res *sacra non recipit æstimationem.l.res sacra. in fin. ff.de rer.diuisi.*

Res *transijt cum suo onere. l.si conuenerit. ff. de pignorat.actio.*

Res *subrogata in locum alterius: naturam eius sortitur in cuius locum subrogatur.l.qui in alterius.ff.de regul.iuris.*

Res *quantò magis appropinquat ad tempus suæ corruptionis, tantò debiliores habet uirtutes. l. quoniam.*C. *de testament.*

Res *arbitrio domini æstimari debet.l.tutor.ff.de in litem iurand.* Marcellus: R*espondi, non æquum esse pretio, id est, quanti res est, litem æstimari: cùm & contumacia puniendo sit, & arbitrio potius domini rei pretium statuendum sit, potestate petitori in litem iurandi concessa. l. non enim.& l.seq.ff.rer.amot.*Paulus:N*on enim æquum est, inuitum suo pretio res suas uendere.*

Res, *cùm alienatur, transit ad illum in quem alienata est, cum sua causa.l.alienatio.ff.de contrahen.emptio.* Pomponius: A*lienatio cùm fit, cum sua causa dominium ad alium transferimus, quæ esset futura, si apud nos ea res remansisset. Idq; toto iure ciuili ita se habet, præterquam si aliquid nominatim sit constitutum.*

L. *si debitor.*C.*de distractio.pignor.* S*i debitor rem tibi iure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cum sua causa transtulit ad emptorem. Diocletia.&* M*aximia.*

Rem *suam*

Rem *suam licitum est negligere.l.si quid possessor.§. sicut autem.ff.de petitio.hæred.* Vlpianus: Tunc *enim quia quasi suam rem neglexit.*

Rem *qui emit alienam scienter, uel alij obligatam, sibi imputet: nisi expresse de euictione sit stipulatus.* Ignorans *enim semper habet regressum de euictione. l.si fundum.* C. *de euictio.* Diocletia.*&* Maximia. Si *fundum sciens alienũ uel obligatum comparauit* Athenocles, *nec quidquam de euictione conuenit: quod eo nomine dedit, cõtra iuris poscit rationem.* Nam *si ignorans: desiderio tuo nõ iuris forma negantis hoc reddi refragatur.*

L.j.C.*si uendit. pigno.agat.* Si *creditor uendit pignus mala fide, ipse creditor tenetur pignoratitia, non emptor, nisi duo concurrant: scilicet, quod creditor non sit soluendo, & quod emptor participauerit fraudem.* Nam *tunc debitor oblato pretio cum usuris, recuperabit rem suam ab emptore.l.fina.§.emptor autem.in fin.* C.*communia de legat.* Iustinianus: Emptor *autem sciens rei grauamen, aduersus uenditorem actionem habeat tantum ad restitutionem pretij, neque duplæ stipulatione, neque melioratione locum habente: cùm sufficiat ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, satisfieri.*

Res *mali exempli, est uitanda.l. exemplo perniciosum est.* C.*de probationibus.*

Res *mutata, in pristinum statum redire non potest.l.inter stipulantem.§.sacram rem.ff.de uerbor.oblig.l.qui res suas.§.aream.ff.de solutionib.*

Rei *hæreditariæ nondum possessæ furtum non fit.l. contra.in fin.ff.rerum amotarum.* Paulus: Quod *si mortuo uiro amouerit, non facit furtum: quia rei hæreditariæ nondum possessæ furtum non fit.*

Res per

Res *per pecuniam æstimatur: & non econtrario. l.si ita fideiussorem.ff.de fideiuss.& mandat.*

Rerum *uocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia.Vlpia.in l.iiij.ff.de leg.j.Vide,* Vocabula.

Res *suas nemo per rixas uel contentiones reposcere debet:sed iure.l.si plagis.§.tabernarius.ff.ad leg.Aquil.*

Res *mea,non amplius quàm semel mea esse potest,sæpius autem deberi potest. l.& an eadem. in fi.ff.de excep. rei iud.Instit.de actionib.§.sic itaque. Nec enim quod actoris est,id ei dari oportet:scilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur ut eius fiat. Nec res quæ iam actoris est,magis eius fieri potest.Instit.de legat.§.sed si rem legatarij quis ei legauerit,inutile est legatum: quia quod proprium est ipsius,amplius eius fieri non potest.*

Reus *absens causas absentiæ per procuratorem reddere potest.Paulus in l.absens reus.ff.de procurat.*

Reus *in exceptione actor est.l.j.ff.de exceptionibus, Vlpianus: Agere etiam is uidetur, qui exceptione utitur. Nam reus in exceptione actor est.*

Reus *non tenetur probare, sed actor. l.frustra.C.de probationibus.Diocletia.& Maximia.Frustra ueremini,ne ab eo,qui lite pulsatur,probatio exigatur.*

Reus *primum conueniendus est,non autem fideiussor. Nouell.Vt credit.prim.aggred.§.j.Constitu.*IIII.

Rei *conuenti solent plerunque fugere. l. properandum. §.& si quidem pars actoris.C.de iudic.*

Rei *fauorabiliores sunt, quàm actores. l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.Vide,* Fauorabiliores.

Residui *appellatione, etiam totum continetur.l.ij.C. de hæredib.instituend. Antoninus:* Nam residui commemoratio etiam totum admittit.

Rescriptum *quod non habet clausulam,* Si preces ueritate nituntur,*non ualet.Zeno in l.uniuersa.in princ. C.de diuers.rescript.c.ex parte.eod.tit.*

Rescripta *non debent concedi,& concessa nō ualent, quæ ius alterius tollunt.l.inciuile.C.de rei uindic.*

Responsum *lege non probatum nihil ualet.* Nouell. *De trien.& semisse.§.consideramus.*Const.x v i i i.

Responsio *debet fieri secundum interrogationem. l.de ætate.§.quod autem ait prætor.ff.de interrogationib. in iur.faciend.* Vlpianus. *Quod autem ait prætor, omnino non respondisse: posteriores omnes sic acceperunt, ut omnino non respondisse uideatur, & qui ad interrogatum non respondit,id est,*πρὸς ἔπος.

Reipublicæ *salutem tueri nulli magis creditur conuenire, nec alium sufficere ei rei,quàm Cæsarem.* Paulus *in l.nam salutem.in princip.ff.de offic.præfect.uig.*

Respublica *creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur.* Paulus *in l.bonis uenditis.ff.de priuileg.creditor.*

Reipublicæ *interest ne sua re quis malè utatur.Inst. de his qui sui uel alie.iur.sunt.§.sed & maior.in fin.*

Reipublicæ *expedit, ut sit finis litium.l.properandum.C.de iudic.c. cordi.de appellationib.lib.vj. &* Nouell. *de mand.princip.§.si tibi.Const.*x v i i.

Reipublicæ *causa abesse non dicitur, qui sui priuati causa in legatione est.l.non uerè dicitur.ff.ex quibus caus.maior.*

Romæ *quid factum est non tam spectandum est,quàm quid fieri debeat.l.sed licet.ff.de offic.præsid.*

Rusticitati *parcendum est.l.fin.in princ.C.de testament.& quemadmod.Iustinianus.Et ab antiquis legibus.&*

*à diuersis retro principibus semper rusticitati consultum est, & in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio eis remissa est: quod ex ipsis rerũ inuenimus documentis. l. si quis. §. doli mali. ff. de iurisdict.* Vlpianus. Doli mali autem ideo *in uerbis edicti fit mentio: quòd si per imperitiam, uel rusticitatem, uel ab ipso prætore iussus, uel casu aliquis fecerit, non teneatur. l. j. §. fin. ff. de inspiciend. uent. custod. partu.* Idem: Vt *si per rusticitatem aliquid fuerit omissum ex his, quæ prætor seruari uoluit.*

L. *si quis ingrauescente. §. si quis ignorans. ff. de* Senatusconsult. Silaniano. Idem. Et *si sciens, non tamen dolo aperuerit, æquè non tenebitur: si fortè per imperitiam, uel per rusticitatem ignarus edicti prætoris uel senatusconsulti aperuit.*

Idem *in l. j. in fin. ff. de edend.* Eis *qui ob ætatem uel rusticitatem, uel ob sexum lapsi, non ediderunt, uel ex alia iusta causa, subuenietur. l. cum de indebito. §. sin autem is. ff. de probationib.* Paulus. Sin *autem is, qui indebitum quæritur, uel pupillus, uel minor sit, uel mulier, uel fortè uir prouectæ ætatis, sed miles, uel agricultor, & forensium rerum expers, uel aliàs simplicitate gaudens, & desidiæ deditus. l. ij. ff. si quis in ius uoc.*

## S.

SAcrilegi *dicuntur, qui rem aliquam sacram de loco sacro auferunt. l. sacrilegij. in princip. ff. ad leg.* Iul. *peculatus.*

Sacrilegij *instar est, disputare de principis potestate. l. sacrilegij instar est. C. de diuers. rescript.*

Sanguinem *suum unicuique redimere* Romani *liberrimè permiserunt. l. transigere. C. de transactionib.* Diocletianus *&* Maximian. Transigere *uel pacisci de crimine capitali,*

*capitali, excepto adulterio, prohibitum non est.* In *alijs autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam nõ ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem.*

L.j.*ff.de bonis cor.quæ ante sentent. mort.* Vlpian. Nam *ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum uoluerit.ij.q.iij.c.notandum.*

Sanus *non eget medico, sed malè habens.* De pœnit. *dist.j.c.ecclesia* Christi.

Sana *non est, quæ bis in mense purgatur.l.quæ bis.ff.de ædil.edict.*Paulus. *Quæ bis in mense purgatur, sana non est. Item quæ non purgatur, nisi per ætatem accidit.*

Sapientia *ciuilis, res sacratißima est.l.j.§.proinde, ff.de extraordin. cogn.* Vlpianus. *Proinde ne iuris quidem ciuilis professoribus ius dicent. Est enim quidem res sanctißima ciuilis sapientia: sed quæ pretio numario non sit æstimanda, nec dehonestanda, dum in iudicio honor petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit.l.cùm Silanianum.in fin.C.de his quib.ut indig.*

Sapientia *omnis à domino* Deo *est data.l.ij.ff.de legibus.*

Sapientis *est mutare consilium. l. nonnunquàm.in princip.ff.de collatio. bonor.* Papinianus. *Nonnunquam prætor uariantem non repellit, & consilium mutantem non aspernatur.*

Satisdatio *eodem modo appellata est, quo satisfactio.* Nam *ut satisfacere dicimur ei, cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, cum pro eo, quod à nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, satisfideiussoribus.* Caius *in l.j.ff.de his qui satisd.cogant.*

Scapha, *parua nauicula est sequens nauem magnam.*

*l. scapham. ff. de euictio. & duplæ stipula. Alfenus. Scapham non uideri nauis esse respondit, nec quicquam coniunctum habere. Nam scapham ipsam per se paruam nauiculam esse: omnia autem, quæ coniuncta naui essent, (ueluti gubernacula, malus, antennæ, uelum) quasi membra nauis esse.*

Scientia *nobilitat. l. prouidendum. C. de postul.*

Scientia *inflat, charitas autem ædificat. 1. Corinh. 8.*

Scientia *unius nocet alteri. l. Iulianus. ff. ad Senatusconsult. Macedonia. Pomponius. Iulianus scribit, exceptionem Senatusconsulti Macedoniani nulli obstare nisi ei, qui sciret, aut scire potuisset, filiumfamiliâs eum esse cui credebat.*

Sciens *præsumitur, qui scire debet, licet sit ignorans.* Vide, Præsumitur.

Secundæ *nuptiæ sunt odiosæ.* Nouell. *De his qui nupt. iter. Const.* XXII.

Scripturæ *abundantes uitiare non solent.* Vlpianus *in l. non solent. ff. de reg. iur.*

Sensus *magis debet inspici, quàm uerba. l. iij. C. de liber. præterit.* Iustinianus. *Cum enim manifestißimus est sensus testatoris: uerborum interpretatio nunquam tantum ualeat, ut melior sensu existat.* Et *l. sed Celsus. §. in emptis. ff. de contrah. emptio.*

Sententia *benignior in dubio est præferenda. Caius in l. semper in dubijs. ff. de regul. iur. l. benignius. & l. in ambigua. ff. de legib.*

Sententia, *pro ueritate accipitur.* Vide, Res iudicata.

Sententia *debet esse conformis libello. l. ut fundus. ff. commun. diuidund.* Iabolenus. *Vt fundus hæreditarius fundo non*

*do non hæreditario seruiat, arbiter disponere non potest: quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest.c.licet.Hely.§.nam iuxta. in fin.de sentent.excommun.*

Sententia *contra formam iuris non ualet. l. ij.* C. *quand. prouocar. non est necesse.* Alexander. *Sententiam eius contra tam manifesti iuris formam datam, nullas habere uires palàm est.* Et *ideo in hac specie nec prouocationis auxilium necessarium fuit.*

Sententia *est ferenda pro eo, qui meliora allegat. Duæ etiam rationes fortius ligant quàm una.* Instit.*de nupt. §.socrum.*Vide, Iura.

Sententia *pro parte ualet, & pro parte non ualet aliquando.l.quædam mulier.ff.famil. erciscund.* Vide, Res iudicata.

Sententia *interlocutoria non admittit appellationem. l.ij.* C. *de* Episcopali *audient.* Valentinia. & Valens. *Si clericus ante definitiuam sententiam frustratoriæ dilationis causa ad appellationis auxilium conuolauerit: multam quinquaginta librarum argenti, quam cōtra huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogantur expendere. hanc autem non fisco nostro uolumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari.l.ij.ff.de appellat.recip.uel non.* Scæuola. *Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit: uel in criminali, si contra leges hoc faciat.ij.q.j.c.quicunque. & c.cum sit* Romana.*de appellat.*

Sententia *humanior in ambiguis proferenda est.l.si fuerit.in fin. ff.de rebus dubijs.* Vlpianus. *Sin autem hoc incertum est, nec potest per subtilitatem iudicialem manifestari: in ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet: ut*

*tet:ut tam ipsa libertatem consequatur, quàm filia eius ingenuitatem, quasi per præsumptionem priore masculo edito.*

Sententiæ *arbitri quam dixerit, siue æqua siue iniqua sit, standum est.* Vide, Arbitri.

Sententiæ *ubi sunt diuersæ, præualet ea quæ est pro testamento. arg. l. si pars. ff. de inoffic. testament. Marcellus. Si pars iudicantium de inofficioso contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit: (quod interdum fieri solet) humanius erit sequi eius partis sententiam, quæ secundum testamentum pronuntiauit: nisi apertè iudicem inique secundum scriptum hæredem pronuntiasse apparebit. Similiter etiam in ambiguis sententia pro dote ferenda est. Paulus in l. in ambiguis pro dotibus. ff. de reg. iur. Idem ius est in liberali causa.*

Seruitus *non potest adquiri pro parte, & actus non perfectus uitiatur si deuenerit ad eum casum à quo non potuit incohoari. Modestinus in l. pro parte. ff. de seruit.*

Seruitutem, *mortalitati ferè comparamus. Vlpianus in l. seruitutem. ff. de reg. iur.*

Serui *appellatione & seruæ continentur. Quia sub masculino genere fœmininum continetur.* Vide, Mulorum, &, Masculinum.

Seruitus *est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur.*

Serui *ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos uendere, ac per hoc seruari, neque occidere solent: qui etiam mancipia dicti sunt, eò quòd ab hostibus manu capiuntur. Instit. de iur. personar. §. serui.*

Seruus *talis à seruando dicitur, non à seruiendo. Ibid.*

Serui *aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris: fiunt aut iure gentium, hoc est, ex captiuitate: aut*

*iure ciuili, cùm liber homo maior uiginti annis ad pretium participandum sese uenundari est passus.* Instit. Ibid.

Seruus *debet domino suo obedientiam.l.cùm oportet. & l.final.C.de bonis quæ liberis.* Nouella.*de his qui nupt. iter.§.filius.*Constit.xxii.

Seruus *nō potest dominum uocare in ius.l. lis nulla.ff. de iudi. Caius. Lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus, nisi ex castrensi peculio.*

Serui *pro nullis habentur.l.quod attinet.ff.de reg.iur. Vlpianus.* Q*uod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali.* Q*uia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.*

Seruus *ad solennia non potest adhiberi.l.qui testamento.§.seruus.ff. qui testament. facer. poss. Vlpianus.* Non *tamen intelligentiam sermonis exigimus.* Hoc *enim* Diuus Marcus Didio Iuliano *in teste, qui latinè loqui non nouerat, rescripsit. Nam si uel sensu percipiat, quis cui rei adhibitus sit, sufficere.*

Seruus *in iudicio interesse non potest.l.seruus.C.de iudicijs.* Gordian. *Seruus in iudicio interesse non potest: nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutum est, subsistit.*

Seruus *non potest esse tabellio.l.generali. in princip. C.de tabularijs. Arcadius &* Honor. *Generali lege sancimus, ut sine solidis prouincijs, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabellarij: liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officiū pateſcat aditus, qui sit obnoxius seruituti.l.ij.C.de adoptionib.*

Seruus *magis punitur quàm liber in eodem genere delicti.* Vide, Persona.

Serui *ab omni militia prohibentur: alioquin capite*

*puniuntur.* Martianus *in l.ab omni.ff.de re mil.*

Seruos *noxios qui habuit, sibi imputari debet.l.seruus seruum.§.Proculus ait.ff.ad leg. Aquil.* Vlpianus. *Sed hæc ita, si culpa colonus careat. Cæterùm si noxios seruos habuisset, damni eum iniuria teneri, cur tales habuerit.* Vide, Contractus.

Sæpius *delinquens, plus punitur.* Vide, Delicti.

Separatorum, *separata est ratio.l.si idem cum eodem.ff.de iurisdictione.* Et *l.pater Seuerinam. §.fin. ff. de de condit.& demonst.*

Sequester *dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quòd occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.* Modestinus *in l.sequester.ff.de uerb.sig.*

Sexus *uirilis præfertur sexui fœminino.l.j.ff.de senatorib.* Vlpianus. *Consulari fœminæ utiq; consularem uirum præferendum esse, nemo ambigit.*

Sæuitia *nimia, culpæ adsignatur. l. præceptoris. ff. ad leg.* Aquil. Paulus. *Præceptoris enim nimia sæuitia culpæ adsignatur.*

Scholaris *uagus non gaudet priuilegijs.* C. *de tyronib. l.j.* C. *de proxim.sacror.scrinior.*

Sermones *sunt intelligendi secundum materiam subiectam.l.si uno.ff.locat.& conduct.*

Sermo *generalis non comprehendit personam loquentis.l.j.in fin.ff.de senatoribus.* Ibi *enim persona Saturnini excipitur à generali clausula,* Quod nec usquam relatum est.*l.inquisitio.C.de solutionibus.l.si mercedem.§.fin. ff.de actionib.empt.*

*In l.Paulus in fin.ff.de pignorib. seruus non ut persona censetur, sed uelut res in dominio debitoris.*

Sic

Sic *uolo sic iubeo sit pro ratione uoluntas, notatur* Inst. *de usucaptionib.§.nam furtiuarum.*

Si *& cùm aliquando non differunt.*Vide,Inter si.

Si *filius, ergo hæres.* Paulus *ad* Galla.iiij. Idem ad Timoth.*cap.v.Si quis (inquit) suorum & maximè domestico rum curam nõ habet,fidem negauit,& est infideli deterior. l.si poßidetis.C.de probationi.*

Signatum *habetur pro traditione.l. quod si neque.ff. de pericul.& commod.rei uendit.*Paulus. *Materia empta si furto perijsset,postquam tradita esset:emptoris esse periculum respondit : Si minus, uenditoris. Videri autem trabes traditas,quas emptor signasset.*

Signum *qui furanti præbuit:perinde habetur atque si manifesti furti condemnatus esset , & famosus efficitur.* Vlpian.*in l.sacrilegij pœnam.in fi.ff.ad legem* Iuli.*pecul.*

Si *quid minus uidetur inesse, & tamen inest : certè quod magis inest,dicetur inesse.Idq; uocatur argumentum à minori.c.cùm in cunctis. de elect. l.nec in ea.§. ius occid.in fi. ff.ad leg.* Iul. *de adult.* Papinianus. *Sed qui occidere potest adulterum:multò magis cõtumelia poterit eum iure adficere.l.j.§.is autem.in fi.ff.de superfic.*

Symbolum *seu ad finem materiam habentes faciliter commutantur.l.in rem.§.item quæcunque.ff. de rei uendicat.*Inst.*de adoptionib.§.fi.l.hac consultißima.§.ex imperfecto.C.de testament.*

Similis *æquitatis ratio , similia iura suadere debet.l. illud.ff.ad leg.Aqui.*

Similibus *sunt similia ritè applicanda.l.j.§.sicut autem.C.de uet.iur.enuc.*Et.*l.non possunt.ff.de leg.ij.*

Simplicitas *est amica legibus.*Inst. *de legit. adgnator.succeßio.§.& hæc quidem.* Lex *( inquit ) xij.tab. nullo*

*modo introduxit: sed simplicitatem legibus amicam amplexa. Inst. De fideicom. hæred. §. sed quia. Et nobis magis in legibus simplicitas, quàm difficultas placet. l. manifestißimi. §. tales itaque ambiguitates. C. de furt. Simplicitatem, pro æquitate accipi oportet.*

Singularis *appellatio, significat aliquando plura. l. ij. §. exactus. ff. de orig. iur. l. ex duobus. ff. de uulg. & pup. subst. l. diuus. §. fi. ff. eod. tit. l. j. §. ut in eo loco. ff. de pet. hæred. l. in usu. ff. de uerb. sig. Celsus: In usu iuris frequenter uti nos Cassellius ait, singulari appellatione, cum plura genera eiusdem significare uoluimus. Nam & multum hominem uenisse Romam, & piscem uilem esse dicimus.*

Socij *mei socius, meus socius non est. Vlpianus in l. consilij. ff. de reg. iur. Idem in. l. nam socij mei. ff. pro socio.*

Socium *qui parum diligentem sibi adquirit, de se queri debet. l. socius socio. ff. eod. titu. Caius. Socius socio etiam nomine culpæ tenetur, id est, desidiæ atque negligentiæ. Culpa autem non ad exactißimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, quia qui parum diligentem sibi socium adquirit, de se queri debet. Et Inst. eod. tit. in fi.*

Societas *ius quodammodo fraternitatis in se habet. Vlpianus in. l. uerum. in princ. ff. Pro socio.*

Societatem *coire, & re, & uerbis, & per nuntium posse nos, dubium nõ est. Modestin. in l. societatem. ff. eod. tit.*

Societas *coita rei flagitiosæ nullam uim habet. l. si à reo. in fi. ff. de fideiussorib. Caius. Quia scilicet, in nulla ratione adhibeatur fideiussor, cùm flagitiosæ rei societas coita nullam uim habet. l. quod autem. ff. Pro socio. Vlpianus: Quod autem ex furto, aut ex alio maleficio quæsitum est:*

in

*in societatem non oportere conferri palàm est: quia delictorum turpis atque fœda communio est.*

Societatem *retinere nemo inuitus compellitur.l.si non sortem §.si centum.in fi.ff.de condict.indeb.* Vlp. Nemo *enim inuitus compellitur ad communionem.*

Societas *tam diu durat, quàm diu integer consensus partium durat.* Inst. *dè societa.* Manet *autem societas eo usque, donec in eodem consensu perseuerauerint.* At *cùm aliquis renuntiauerit societati, soluitur societas.l. tam diu.* C. Pro *socio.*

Dissociamur *renuntiatione, maxima capitis diminutione, egestate.* Modestinus *in.l.societatem.ff.eod.tit.*

Socer *parentis locum obtinet.* Pompo.*in l.quia parentis locum.ff.soluto matrimo.* Hinc *socerum cum genero lauari, ueteres nephas esse crediderunt.* Valerius Maximus *li. ij.cap.j.*

Solatium *miserorum est habere pares pœnarum.* Notatur *in l.prospexit.ff.qui & à quib.*

De solennitatibus *nihil est omittendum.l. diuus* Antoninus.*ff.de in integ.restitu.*

Solidos *habens decem, & tantum debens: non habet quidquam proprium.l.si quis.ff.negotior.gestor.in fi.*

Solum *cuius est, eius usque ad cœlum est.l.si intercedat. ff.de seruit.l.j.§.penult.ff.quod ui aut clam.*

Solutio, Venditio, Traditio *facti magis, quàm iuris sunt.l. consilio.§. quæsitum est.ff. de curat.fur.* Caius. Eum *quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furiosi legitimè mercaretur, usucapturum: quia solutio, uenditio, traditio, facti magis, quàm iuris essent.*

Sulutio *particularis non minima habet incommoda. l.planè.*

*l.planè.ff.famil.ercisc.Caius.Planè ad officium iudicis nonnunquam pertinet,ut debita & credita singulis pro solido, alijs alia attribuat: quia sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet.*

Soluere *mihi uidetur,qui alij mea uoluntate soluit.l. nihil interest.C. de solut. Gordianus: Nibil interest, utrum creditori pecuniam mutuam solueris, an ex eius uoluntate seruo numeraueris. Nec enim ex eo quod creditor in factum concessit, priusquam instrumenta redderet, euacuatæ obligationis uires reparari queunt.l. inuito. eod. titu. Diocletianus & Maximianus. Inuito uel ignorante creditore qui alij soluit, non se liberat obligatione. Quod si hoc mandante, uel ratum habente eo, fecerit: non minus liberationem consequitur, quàm si eidem creditori soluisset.l. solutum.§.solutam.ff. de pigno.act. Vlpian. Solutam pecuniam accipiendum, non solùm si ipsi cui obligata res est: sed & si alij sit soluta uoluntate eius, uel ei, cui hæres extitit, uel procuratori eius uel seruo pecunijs exigendis præposito.*

Soluens *inuito uel ignorante creditore alijs, non liberat se ab obligatione.l.inuito.C.de solut.& liberat.*

Soluere *minus uidetur, qui tardius soluit. Nam & tempore minus soluitur. Caius in.l.si cui. in fi.ff. de uerb. significatione.Inst.de actionib.§. plus autem.in fi. Qua enim ratione qui tardius soluit,quàm soluere debet, minus soluere intelligitur.*

Solutum *minus intelligitur, etiamsi nihil esset solutum.Paulus in l.minus.ff.de uerb.sig.*

Sortem *accipiens, tacitè id quod interest remittere uidetur.l.ij.ff.si quis cautio.l.centum Capuæ.ff. de eo quod cer.loc.l.fi.ff.eod.tit.Paulus:Quod non puto admittendum: tantò*

*tantò magis, quod creditor accipiendo pecuniam, etiam remisisse pœnam uideatur.*

L.j.C. *de iudicijs. Seuer. & Antoninus. Iudicio cœpto, usurarum stipulatio non est perempta. Supereſt igitur, ut debitorem eius temporis, quod non est in iudicium deductum, conuenire poßis. l. cùm stipulatus sim. ff. de uerb. oblig.* Vide *l. & eleganter. §. non solum. ff. de dol. mal.*

Sortem *remittens uidetur pœnam quoque remisisse. l. final. ff. de eo quod cert. loc.*

Specialia *semper insunt generalibus. Caius in l. semper. ff. de reg. iur.* Vide, Generalibus.

Specie (*quam leges genus appellant*) *differentia, non admittunt mutuam de se prædicationem. l. si qua pœna. ff. de uerbor. significatio.*

Species *furti est de alieno largiri. l. filius. ff. de dol. mal.* Vide, Furti.

Spoliatus *ante omnia debet restitui. l. j. C. si per uim uel alio modo. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de ui pub.* Et, *de restit. spoliat. c. conquerenti.*

Spoliatum *fortunis suis, in solidum damnari inhumanum est. Inst. de actionib. §. ultimo. Cum eo quoque, qui creditoribus suis bonis ceßit, si postea aliquid adquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id, quod facere potest, creditores experiuntur. Inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.*

Sponsorem *pulchrè instruit Salomon hisce uerbis Prouerb. cap. vj. Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico Fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum:*

ne

*ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.* Eruere *quasi damula de manu aucupis.*

Status *hominum sub perpetuo motu consistit.* Noucl. De *non alien.aut permut.§.ut autem* lex.*Const.* v i i.*de his qui nup.§.nuptias.*Const.x x i i.

Stipulatio,*est uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturum'ue se quod interrogatus est, respondet.* Pomponius,*in leg. stipulationum aliæ.§. stipulatio autem est.ff.de uerb.oblig.*

Stipulatio *fit ex interrogatione & responsione, cùm quid dari fieri'ue nobis stipulamur.inst.eod.tit.in princ.*

Stipulatio *generaliter admittit electionem promissorum.inst.de.action.§.huic autem.* Ideo *autem plus petere intelligitur, quia in genere stipulationis promissoris est electio, utrum pecuniam an hominem soluere malit.*

Stipulatio *quæ fit per inclinationem capitis, non ualet.l.j.§.si quis ita.ff.de uerb.oblig.*Vlpia.*Contra, si sine uerbis adnuisset.*Non *tantum enim non ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita adnuit.* Et *ideo rectè dictum est, non obligari pro eo nec fideiussorem quidem.*

Stipulatio *præsens, non trahitur ad futurum.* Nota.*in l.damni.§.si his qui uitiant.ff.de damn.infect.*

Stipulationes *tot sunt, quot sunt res.l.scire debemus.ff.de uerb.oblig.*

Stupulationem,*neque mutus, neque surdus, neque infans contrahere possunt.l.j.in princ.ff.eod.tit.*

Stipulari *alteri nemo potest.l.stipulatio ista.§. alteri stipulari.ff.eod.tit.&* Inst.*de inutil.stipul.§.alteri.*

Stipulari *alteri quilibet potest, cuius legitimè interest. ibid.*

Stultus *non debet esse melioris conditionis, quàm prudens.*

*deus.* Venuleius,*in l.Seruius.ff. quod ui aut clàm. & ff.de noxalib.actionib.l.non solum.c.cum qui.de præbend.lib.vj.* Vide,Conditionis.

Subiectos *habere locupletes, expedit principibus.* Nouell.*Vt iud.sine quo suffr.fiant.Const.*v i i i.

Subiecta *debent esse talia,qualia prædicatis ostenduntur.l.seruum communem.C.familiæ ercisc.*

Subtilitas *nimia reprobatur.c.dilecti.de iud.& c.capellanis.de ferijs.l.j.C.de iur.form.& impetr.act.sublat.* Cōstantinus:*Iuris formulæ aucupatione syllabarum insidiātes, cunctis actibus radicitus amputentur. & l. si quis.C. de instit.& substit.*

Successio *in ecclesia* D E I *hereditaria detestabilis est.de presb.c.ex transmissa.*

Successione *priuatur,qui impedit aliquem,quò minus testetur.l.ij.C.si quis aliq.test.proh.uel coēg.* Diocletia. Eos, *qui ne testamentum ordinaretur, impedimento fuisse monstrantur,uelut indignas personas,à successionis compendio remoueri,celeberrimi iuris est,*

Sufficit *aliquando fieri quid de iure uel de facto.l.prohiberi.in princ.ff.quod ui aut clàm.*

Sufficit *allegare,non esse iure cautū.l.illā.C. de collat.*

Sufficit *bene cœpisse,licet diuersus effectus sit secutus. l.sed an ultro.in prin.ff.negot.gest.* Vlpia. Is autem *qui negotiorum gestorum agit:non solùm si effectum habuit negotium,quod geßit,actione ista utetur:sed sufficit,si utiliter cœpit,etiam si effectum non habuit negotium.*

Sufficit *semel interfuisse.l.doli.ff.de ser.corrupt. & l. qui autem.ff.si quis cautionib.*

Sufficit *allegare naturalem rationem sine lege.l.fi.ff. de pœnis.*

*Summa*

Summa *maior, minori inest.* Vide Maiori.

Summæ, *in eo quod minimum est, uidentur permissæ.* Vide, ibid.

Suum *quilibet sicut uult ordinat, non autem alienum. l. sicuti. in fi. ff. si ser. uendicet.* Vlpianus: *Apud Pomponium dubitatur libro duodecimo lectionum, an quis poßit ita agere, licere fumum non grauem ( puta ex foco ) in suo facere: aut non licere. Et ait, magis non posse agi: sicut agi non potest: ius esse in suo ignem facere, aut sedere, aut lauare. idem in diuersum probat. Nam balnei ( inquit ) uaporibus cùm Quintilia cuniculum pergentem in hortos Iulij Vrsi instruxisset: placuit potuisse talem seruitutem imponi.*

Superficies, *natura solo cohæret. l. obligationum ferè. §. sic & in tradendo. ff. de actionib. & oblig.* Paulus: *Sic & in tradendo, si quis dixerit, se solum sine superficie tradere: nihil proficit, quò minus & superficies transeat, quæ natura solo cohæret.*

Superfluum *non debet esse in legibus.* Vide, Ius.

Surdus, *mutus, infans, stipulari non possunt.* Vide, Stipulationem.

Subripiens, *statim est in mora. l. fin. C. de condict. ob turp. caus. Cùm hoc casu in rem mora fiat.*

Suspectus *præsumitur, qui ingerit operas suas inuito. l. quæ omnia. ff. de procura.* Vide, Præsumitur.

## T

TAcitè *quædam fieri possunt, quæ non possunt fieri expreßè. l. actus. & l. expressa. ff. de reg. iur.* Vide, Expressa.

Tacitè *quæ intelliguntur, contractibus inesse uidentur. l. cùm quid. ff. si cert. petat.* Pomponius. *Id autem intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur,* quod

*quod datum est.*

Tabellio *tenetur scire leges.l.iubemus.C.de sacrosan. eccles.*

Teli *appellatione & fustis, & ferrum, & lapis, & denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur. l.si pignore.§.cùm furti.in fin.ff.de furt.*

Temeritas *alterius nemini debet esse damnosa.l.idem iuris.ff.ad leg.Aquil.l.qui à latronibus.ff.qui testament. facere possunt.*

Tempus *conceptionis est expectandum.l.emancipatum.§.sed si quis.ff.de senator.*

Tempestas, *infirmitas, uis fluminis excusant.l.ij.§.si quis.ff.si quis cautionib.* Vlpianus: *Si quis in iudicio se sisti promisit: & ualetudine, uel tempestate, uel ui fluminis prohibitus, se sistere non potuit: exceptione adiuuatur, nec immeritò.*

*Tempus non est modus tollendæ uel introducendæ obligationis.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actionib.& obligationib.l.si certis annis.C.de pact.*

Tempus *aggrauat delictum.l.Gracchus.C.ad leg. Iul.de adult.Quia & nox, & dolor iustus factum eius releuat: in exilium dari potest.*

Tempora *distingue & conciliabis scripturas. Notatur in l.apud antiquos.§.si iterum.uersic.sic ex tempore omnibus discretis,C.de furt.*

Tempus *modicum, dicitur tempus decem dierum. l. promissor Stichum.§.j.ff.de const.pecun.* Paulus: *Sed modicum tempus statuendum est (non minus decem dierum) ut exactio celebretur.*

Tempus *legitimum est triennium.l. properandum. C.de iudicijs.*

Tempus *longum, dicitur decennium. inst. de usucap. Immobiles uerò per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes uiginti annis usucapiantur. l. ultim. C. de præscript. long. temp.*

Tempore *prior, potior iure censetur. l. si fundum. C. qui pot. in pign. hab. Antoninus: Si fundum pignori accepisti, antequam Reipublicæ obligaretur: sicut prior es tempore, ita potior es iure. l. si generaliter. & l. diuersis temporis. C. eod. tit.*

*Perpensis rerum & personarum circunstantijs aliquando posterior præfertur priori. l. interdum. ff. qui potior. in pign. hab. l. licet. C. eod. titu. Diocletianus & Maximianus: Licet ijsdem pignoribus multis creditoribus diuersis temporibus datis, priores potiores habeantur: tamen eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter statim conuenit, omnibus anteferri iuris autoritate declaratur.*

Tempus *ignoranti non cedit. Paulus in l. j. in princip. ff. de iur. & fact. ignor. l.* Genero (*inquit*) mortuo. *ff. de his qui not. infam. Vlpianus: Sed cum tempus luctus continuum est: meritò & ignoranti cedit ex die mortis mariti.*

Tempore *certo quod statuitur ad aliquem effectum: si eo tempore non fiat, cessat temporis inspectio. l. continuus. in princip. ff. de uerb. oblig.*

Tempore *necessitatis omnia debent esse communia. hoc est communicari debent cum indigentibus. l. ij. §. cum in eadem. ff. ad leg. Rhod. de iact. xij. q. j. c. duo. & q. ij. c. aurum. lxxxvj. dist. c. non satis.*

Tigni *appellatione in lege duodecim tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.* Ca

*tur.Caius in l.tigni.ff.de uerb.signific. l.j. ff.de tig.iniunct.* Vlpian. *Tigni autem appellatione continetur omnis materia,ex qua ædificium constet,uineæq; necessaria.*

Tempus *in quo contrahitur, in stipulationibus est magis inspiciendum,quàm tempus in quod.* Arg.*l.si filius.ff. de uerb.oblig.* Pomponius:*Si filius seruo meo stipuletur, acquiritur mihi.*

Terminos *qui effodiunt, pœna extraordinaria puniuntur.l.j. C.de accusationib. & inscriptionib.* Alexander: *Eos, qui terminos effoderunt, extraordinaria animaduersione coërceri debere præses prouinciæ non ignorabit.* Vide, Tit.*ff.de term.mot.*

Testator *santiat in rebus suis ùt dignum est, & pro lege uoluntas eius esto.* Nouell. *de his qui nupt. iterant.* §. *sanciat.* Constitutio. XXII. Iustinianus: *Quemadmodum nobis lex etiam omnium uetustißima, & quæ prima ferè Romanis constituit Rempublicam, nempè duodecim tabularum,uetere & patria lingua his penè utens uerbis,inquit.* Vti legaſsit quiſque de re ſua,ita ius eſto.

Testamentum *facere potest detentus in carcere.l.à latronibus.ff.qui testam.facere poß.*

Testator *potest aliquem extraneum & penitus ignotum hæredem instituere, ubi non sunt necessarij hæredes.l.extraneum.C.de hæred. instituend.* Theodos. & Valentin.*Extraneum etiam,penitus ignotum hæredem quis instituere potest.*

Testes *& instrumenta,eandem uim obtinēt.l.in exercendis.C.de fide instrum.* Constantinus: *In exercentibus litibus eandem uim obtinent tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium.*

Testes *qui postulat, debet dare eis sumptus compe-*

*tentes.l quoniam.* C. *de testib.* Valens, *Gratian.* & Valentin. *Quoniam liberi testes ad causas postulantur alienas, si socij & participes criminis non dicantur, sed fides notitiæ ab his postuletur: in exhibitione, necessariarum personarum, hoc est, testium talis debet esse cautio iudicantis: ut his, uenturis ad iudicium per accusatorem, uel ab his, per quos fuerant postulati, sumptus competentes dari præcipiant. Idem iuris est, & si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte producendi sunt.*

Testis *in eo testamento nemo existere potest, in quo hæres institutus est.* Vlpianus *in l. qui testamento. ff. qui testamen. facere poss.*

Testes *duo sufficiunt ad probandum aliquid, ubi numerus testium de iure non adijcitur.* Vlpianus *in l. ubi numerus. ff. de testi.* Vbi *numerus testium non adijcitur, etiam duo sufficient.* Pluralis *enim locutio duorum numero est contenta.* Vide, Duo testes.

Testis *nemo in sua causa esse potest. l. nullus idoneus. ff. de testib. l. omnibus.* C. *eod. tit.* Omnibus *in re propria dicendi testimonij facultatem iura submouerunt.*

Testis *unus inducit præsumptionem. l. si duo patroni. ff. de iureiurand.*

Testes *adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est. instit. de testamen. ordinand. §. testes.*

Testium *numero non possunt hæ personæ esse, mulier, neq; impubes, neque seruus, neq; furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is, cui bonis interdictum est, neq; ij, quos reges iubent improbos intestabilesq; esse. inst. eod. tit.*

Testamentum *est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri uelit.* Vlpianus *in l. j. ff. qui testam. fac. poss.*

Teſtamentum *ex eo appellatur, quod teſtatio mentis ſit. inſt. de teſtam. ordinandis. in princ.*

Teſtamenti *factio non priuati, ſed publici iuris eſt. Labeo in l. teſtamenti. ff. dict. tit.*

Teſtamentum *facere poſſunt, qui à latronibus capti ſunt, cùm liberi manent. Martianus in l. qui à latronibus. ff. eod. tit.*

Teſtamentum *facere poſſunt, qui apud exteros legatione funguntur. ibid.*

Teſtamentum *de ſtatu ſuo dubitantes uel errantes, facere non poſſunt.* Vlpianus *in l. de ſtatu ſuo. ff. eo. tit.*

Teſtamentum *licet rumpatur, legatum & libertas debentur. l. cùm mater. ff. de inofficioſo teſtam.* Paulus: *Diuus Hadrianus decreuit hæreditatem ad filium pertinere, ita ut libertates & legata præſtentur.*

Teſtamentum *cùm inofficioſum arguitur, nihil ex eo ualet. ibid.*

Teſtamentum *rumpitur per poſthumũ ſiue poſthumam. Vide,* Poſthumus.

Teſtamentum *patris in quo filius eſt præteritus & non nominatim exhæredatus, non ualet. inſti. de exhæredat. liber. in princip. Sed qui filium in poteſtate habet, curare debet, ut eum hæredem inſtituat, uel exhæredem nominatim faciat.* Alioquin *ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur: adeò quidem, ut ſi uiuo patre, filius mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poßit: quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum.*

*L. inter cætera. ff. de lib. & poſth.* Caius: Nanq; *filio, qui in poteſtate eſt, præterito: inutile eſt teſtamentum.*

Teſtamentum *militis inofficioſum dici non poteſt, l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam.* Intellige

hoc uerum de milite exercitante militiam, non autem de ueterano.

Teſtamentum facere non poteſt is, cui bonis interdictum eſt: & ſi fecerit ipſo iure non ualet. l. is cui. ff. qui teſtamen. fac. poſſ.

Teſtamenti factionem qui non habet, nec teſtis ad teſtamentum adhiberi poterit. Vlp. ibidem.

Teſtamentum facere non poteſt, nec ad teſtamentũ adhiberi teſtis, qui ob carmen famoſum damnatus eſt. ibid.

Teſtamentum facere obſides non poſſunt, niſi eis permittatur. Vlpianus in l. obſides. ff. eod. tit.

Teſtamentum facere poteſt qui manũ amiſit, quamuis ſcribere non poßit. Paulus l. qui manus. ff. eod. tit.

Teſtamentum ſurdus & mutus facere non poſſunt. Caius in l. qui in poteſtate. ff. eod. tit.

Teſtamenti faciendi ius non habet, qui in poteſtate patris eſt. ibidem.

Teſtamenti factio non exigit corporis ſanitatem, ſed mentis integritatem. l. ij. ff. eod. tit. Labeo: In eo, qui teſtatur, eius temporis, quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt.

Teſtamentum nocte ſignari poſſe, nulla dubitatio eſt. Vlpianus in l. ad teſtium. ff. eod. tit.

Teſtamentum anulo ſolùm ſignari poteſt. ibidem. Signum autem utrum anulo tantum impreſſo adhibemus, an uerè & ſi non anulo, uerum alio quodam impreſſo? uariè enim homines ſignant. Et magis eſt, ut tantum anulo poſſit quis ſignare: dum tamen habeat χαρακτῆρα.

Theſaurus eſt quædam uetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. l. nunquàm nuda. ff. de acq. rer. domin.

Theau

Thesaurus *non est, si quis aliquid uel lucri causa, uel metus, uel custodiæ condiderit sub terra; cuius etiam furtum fit. Paulus. ibid.*

Thesauri *materiam uide in titulo C. de thesauris, & inst. de rer. diuisio. §. thesauros.*

Totum *qui temerè ambit, totum perdit. tit. C. quando & quib. quarta pars.*

Toto *quod debetur, debetur & parti. l. una est uia. ff. de seruitutib. prædior. rusticor.*

Traditum *non intelligitur, quod iure potest reuocari. Pomp. in l. ratio. in princ. ff. de act. emp. & uend.*

Traditio *nuda nunquam transfert dominium. Paulus in l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom. Et hoc uerum est: nisi iusta causa præcesserit. Vide,* Dominium.

Traditionibus *& usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. Diocletia. & Maximianus in l. traditionibus. C. de pact.*

Transfuga *censetur proditor. l. proditores. ff. de re militari. & l. postliminium. §. transfugæ. ff. de captiuis, & de postlimin.*

Transigi *nemo potest de his, de quibus stipulari non potest. l. si quidem. C. de contrahend. & commut. stip.*

Tria *uel quatuor sunt multa. l. j. §. hoc rescriptum ff. de senatusc. Sillaniano.*

Tres *negationes faciunt unam affirmationem. l. j. §. hodie. in fi. ff. de cadaucrib. punitor. l. nonnunquam. ff. de collatio. bonor.*

Tristibus *& desolatis propter mortem parentis sui est consulendum. l. j. in fi. C. de his, qui ante apert. tabul. hæreditat. transmitt. Habeant uerò solatium tristitiæ suæ, quibus est meritò consulendum.*

Tutores *parentes optimos, liberis suis eligere solent & debent.l.amicißimos.in princ.ff.de excusat.tut.Paulus:Amicißimos quidem & fidelißimos parentes liberis tutores eligere solere. Et ideò ad suscipiendum onus tutelæ etiam honorem legati eos persequi. Hinc Cicero æquè, in oratione pro Roscio Comœdo, perfidiosum, & nefarium esse censet, fidem frangere, quæ continet uitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.*

Tutor *in re pupilli tunc domini loco habetur, cùm tutelam administrat, non cùm pupillum spoliat.Iulianus in l. qui fundum.§.si tutor.ff.pro emptor.*

Tutela *corporis quod fit, iure factum uidetur. l. ut uim.ff.de iust.& iur.* Florentinus: *Nam iure hoc euenit, ut quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur.l. j. C.unde ui. In hanc sententiam multa Cicero in oratione pro Milone.*

Turpitudinem *suam allegans, non auditur.l.transactione finita.C.de transact.* Dioclet. & Maximia. *Transactione finita, cùm ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quàm eorum, contra quos preces fundis, confitearis: instaurari graue, nec non criminosum tibi est. l. mercalem. C.de cond.ob turp.caus.c.inter dilectos. de donat.l.cùm confitearis. C. de reuoc. donat.* Iidem Aċt. *Cùm confitearis te in fraudem alterius donasse: profeßionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam reuocare non potes ex memorata allegatione sub obtentu pœnitentiæ. Non enim decipientibus, sed deceptis iura subueniunt. l. ij. C. si min. se mai. dix. & l. si fine. C. ad senatusconf. Vell.*

*L.j.C.de liberal. caus.* Antoninus. *Rem quidem inhone-*

*stam*

*stam & illicitam admisisse te confiteris: quia proponis filios ingenuos à te nenundatos. Sed quia factum tuum filijs tuis obesse non debet, adi competentem iudicem (si uis) ut causa agatur secundum ordinem iuris.*

Turpia *lucra ab hæredibus sunt extorquenda. l.in hæredem.ff.de calumniatoribus.& l.uideamus.ff.quod metus caus.l.j.C.ex delict.defuncto.inquan. hære. conuenian.* Diocletia. & *Maximia. Post litis contestationem eo, qui uim fecit, uel concessionem intulit, uel aliquid deliquit, defuncto: successorem eius in solidum, alioquin in quantum ad eum peruenit, conueniri, iuris absolutissimi est, ne alieno scelere ditetur.*

V

VAni *timoris, non est iusta excusatio. Celsus in l. uani.ff.de regul.iuris.*

Vanæ *uoces populi non sunt audiendæ.l.decurionum. C.de pœnis.* Diocletia. & *Maximian. Decurionum filij, non debent bestijs subijci. Cumq; à populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ uoces populi non sunt audiendæ. Nec enim uocibus eorum credi oportet, quando aut obnoxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.*

Variare *non semper est licitum. l.si fundus.§.eleganter.in fin.ff.de leg.commissoria.*

Vasallus *si amicitiam fecerit cum inimicis domini: aufertur ei feudum, ut in feudis.*

Venire *contra proprium factum nemo facilè potest. l.post mortem.in princ.ff.de adoptionib.* Nisi *lege permittente.l.per fundum.ff.de seruit.prædio.rusticor.l.cùm confitearis.C.de reuocand.donationib.*

*L.quemadmodum.C.de agric.& censi.l.j.C.de liberal.*

*u 3 causa.*

causa.l.iubemus.C.de sacrosan.eccl.

Venditor si in uendendo prædio confinem celauerit quem emptor si audisset, empturus non esset: tenetur emptori. Caius in l.quòd sæpe.in fi.ff.de contrahen.emptio. Huc pertinet, quod Themistocles olim prædium uendens proclamari iussit: bonum uicinum habere. Plutarchus in Apophthegmat.

Venditor ante traditionem dominus rei uenditæ est. Instit.de empt.& uenditio.§. idem in cæteris. in fine. Quia sanè qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est.

Ventis exposita ualde turbantur.l.si cuius.§.inde Nerua. ff.de usufruct. & quemadm. Vlpianus: Inde Nerua eum, cui ædium usufructus legatus sit, altius tollere non posse ait, quamuis lumina non obstruentur, quia tectum magis turbatur.

Ventrale dicimus, loculum quem pleriq; solent à lateribus in semicincto subtus occultè habere, quibus non solùm sudariola, sed etiam leues numulos in quotidianum uitæ usum gestant. Notat Haloander in l.diuus.Hadrianus. ff.de bon.damna.

Verba generaliter prolata, sunt generaliter intelligenda.ff. Vide, Generale.

Verba ambigua, secundum intentionẽ proferẽtis sunt accipienda.l.si quis.intentione.ff.de iudicijs. Vlpianus: Si quis intentione ambigua, uel oratione usus sit: id quod utilius ei est, accipiendum est. Vide, Ambiguum.

Verba cum effectu sunt accipienda.l.j.§.hæc autem. ff.quod quisq; iuris. Vlpianus: Hæc autem uerba, Quod statuerit: cum effectu accipimus, non uerbotenus. l.penult.§.docere.in fin.ff.ne quis eum qui in ius uocat. Idem:

Cæterùm

Cæterùm si nihilominus productus est, cessat pœna: quoniam uerba cum effectu sunt accipienda. l. j. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei, qui in possessio. miss. l. nomen filiarum. in fine. ff. de uerborum significatio. Vlpianus: Habere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est. l. debitor. ff. eodem titulo.

Verba generaliter emissa commendandi causa non obligant dicentem. Vide, Generaliter.

Verba imperatiui modi non habent primam personam. l. penul. ff. de recept.

Verba enuntiatiua aliquando operantur dispositionem. l. j. C. de fals. caus. adiect. legat.

Verba debent intelligi, ut aliquid operentur. l. si quãdo. ff. de legat. j.

Verba transposita idem significant. l. cùm pater. §. Fidei tuæ committo. ff. de legat. secundo. Papinianus: Nam ordo scripturæ non impedit causam iuris ac uoluntatis.

Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam. l. si uno anno. ff. locat.

Verbis legum (quoad licet) inhærendum est. l. non aliter. ff. de legat. iij. Marcellus: Non aliter à significatione uerborum recedi oportet, quàm cùm manifestum est, aliud sensisse testatorem.

Verbum generale admittit exceptionem. l. cùm Aquiliana. ff. de transactionibus. l. si per fundum. ff. de seruitu. urbanor. prædio.

Veritas disiunctiuæ, alterius partis tantum exigit effectum. l. si ita quis. ff. de uerbo. oblig. Africanus: Sed enim cùm ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit: necesse est, ut ea quæ extiterit, huiusmodi stipulationem

*nem committat.l.generaliter.in princip.C.de institutionib. & substitutionibus.*

Verecundiæ *alicuius parcitur.l.penul.ff.de furt.* Labeo. Et hoc modo patronus quoque liberto: & is,cuius magna uerecundia, ei,quem in præsentia pudor ad resistendum impedit,furtum facere solet.l.si patronus.in prin.ff.de donationib.Marcellus: Ne pars ex legibus uerecundiæ patronali debita minuatur.

Verisimile *non est quòd aliquis uiolentiam inferat ei, qui habet claram in urbe dignitatem.* Vlpianus in l.non est uerisimile. ff.quod met. caus. Nam potentioribus pares esse non possumus, Caius in l.iij.ff. de alienatio. iudicij mutand. caus.fact. Ergo nec eis uiolentiam inferre possumus.

Verum *semel,semper præsumitur uerum.* Notatur in l.qui bona fide.§.si quis stipulaturus. ff.de damn.infect. & l.siue poßidetis.C.de probat.

Versum *in rem non uidetur,quod non durat uersum.* Vlpianus in l.si pro patre. §.uersum autem. ff. de in rem uerso.Vide,Factum.

Vicem *duorum sustinere difficile est.* l.si plures.§. nam difficile.ff.de pact.Paulus: Nã difficile est ut unus homo duorum uicẽ sustineat.In hanc sententiam pulchrè Aristoteles lib.politicor.ij.l.si consul.ff.de adoptionibus.& l. emancipatum.in fi.ff.de senatorib.Vide,Difficile.

Vitio *naturali parcitur.* l.fluminum. §.uitium. ff. de damn.infect.Vlpianus: Denique nemo dixit palustris loci uel arenosi nomine quasi uitiosi cõmitti stipulationem:quia naturale uitium est.

L.si seruus seruum.§.si fornicarius.ff.ad leg.Aquil.Idẽ: Neque quisquam dixerit eum,qui obdormiuit,rem humanam &

*nam & naturalem passum: cum deberet uel ignem extinguere, uel ita munire, ne euagaretur.*

Vitiorum *defuncti est hæres successor.* Vide, Hæres.

Vincens *uincentem te, fortiori ratione uincit te. l. de acceßionibus. in fi. §. j. ff. de diuers. & temp. præscrip.*

Victus *uictori in expensis debet condemnari. l. properandum. §. siue autem. C. de iudicijs. Iustinianus: Siue autem alterutra parte absente, siue utraque præsente lis fuerit decisa: omnes iudices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant uictum in expensarum causa uictori esse cōdemnandum, quantum pro solitis expensis litium iurauerit. l. j. C. de euictio.*

Vigilantibus *& non dormientibus iura subueniunt. l. pupillus. in fine. ff. quæ in fraud. creditor.* Scæuola: *Sed uigilaui. Meam conditionem meliorem feci. Ius ciuile uigilātibus scriptum est, ideoq; non reuocatur id, quod percepi.* Iuxta hoc *est quod* M. Varro *lib. j. de re rustica,* Dij *(inquit) facientes adiuuant.*

Vinum *uetus præualet nouo. l. cum quis. ff. si cert. petat.* Pomponius: *Cùm quid mutuum dederimus: & si non cauimus, ut æquè bonum nobis reddatur: non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere: ueluti uinum nouum pro uetere.* Nam *in contrahendo quod agitur pro cauto habendum est.* Id *autem agi intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, qua datum est.* Huic *congruit* Lucæ *cap. 5. in fine.* Et *nemo bibens uetus, statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est.*

Vino *inebriari nolite. l. omne delictum. §. per uinum. ff. de re milita.* Arrius Menander. Per *uinum, aut per lasciuiam lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ*

*litiæ mutatio irroganda. Aristoteles duplici pœna ebrium adficiendum esse adserit.*

Virginem *post ruinam quis suscitare non potest.* xxij.q.ij.c.Si Paulus.

Vir *& mulier unum corpus & una anima reputantur.* Notatur in l.si constante. ff.solu.matrim.

Vir *multum iurans replebitur iniquitate, & non recedit à domo eius plaga.c.etsi Christus.de iureiurando. ecclesiast.cap.xxiij.*

Virtutis *gratia aliquid permittitur quod aliàs non permitteretur.l.j.§.deniq; eos.ff.de postuland.*

Virtus *una aliarum uirtutum perfectißima est, quæ iura unicuiq; suá distribuit.* Nouell. Vt omn.prouinciar.magistratibus obtemperent. Constit. XVIII.

Vis *est maioris rei impetus, qui repelli non potest.l. uis autem.ff.quod met.caus.*

Vis *maior, quam Græci θεῶ βίαν appellant, non debet conductori damno esse.* Caius in l.si merces. §. uis maior. ff.locat.& cond.

Vis, *sine corporali ui propriè fieri non potest.l.j.§. idem* Labeo.*ff.de ui & de ui armat.* Vlpianus: *Idem* Labeo *ait: eum, qui metu turbæ perterritus, fugerit: ui uideri deiectum.* Sed Pomponius *ait: uim sine corporali ui locum non habere.*

Vim *facere non uidetur, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur.* Paulus in l.factum.§.non uidetur. ff.de reg.iur.

Vim *ui repellere licet.l.ut uim.ff.de iustitia & iure.* Vide, Armis.

Vita *longißima hominis est: centum annorum.l.fin.§. & nobis quidem.* C. *de sacrosanct. ecclef.* Et *supradictis* omnibus

*omnibus unum tantummodo terminum humanæ uitæ imponimus, id est, centum metas annorum. l. an usufructus. in fine. ff. de usufruct.* Caius: *Vnde sequens dubitatio est: quousque tuendi essent in eo usufructu municipes: & placuit centum annis tuendos esse municipes: quia is finis uitæ longæui hominis est.*

Viuere *per gloriam in perpetuum intelliguntur hi, qui pro Republica ceciderunt.* Institut. de excusa. tutor. §. *sed si in bello.*

Vix *quod fit, utiq; fieri dicitur. l. uix. ff. de iudic.*

Vltima *mora nocet. l. prætor. §. fi. ff. de no. ope. nunt. l. illud sciendum. in fin. ff. de peric. & cõmod. rei uend.* Pomponius: Aequum est, posteriorem moram uenditori nocere. *l. si mora. & l. semel mora. ff. sol. matr.*

Vniuersalis *in parte falsa, in toto falsa est. l. si is qui ducenta. §. utrum ita. in fi. ff. de reb. dub.* Iulianus. Id accidit, *quia significatio sumitur ex uniuerso, in quo si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit.*

Vniuersitas *efficit, ut quædam trãseant, quæ per se non transeunt. l. in modicis. ff. de contrahend. emptio. & uẽdit. c. ex literis. de iure patronatus. l. patronus. ff. ad senatusc.* Trebellian. *Quædam sunt, quæ non possunt sola alienari, tamen per uniuersitatem transeũt ad hæredem, ut fundus dotalis, uel res cuius cõmercium non habeat.* Nam & *si legari ei non poßit: tamẽ hæres eius institutus dominus eius efficitur.* Paulus *in l. quædam. ff. de acqui. rer. domi.*

Vnus *soluens in pœnalibus, alios non liberat. l. item mela. §. & si cum uno. ff. ad leg. Aquil.* Vlpianus: Nam ex lege Aquilia quod unus præstitit alium non liberat, cùm sit *pœna l. si quis. in fi. ff. de iurisdi. & l. seq.* Vlpianus: Si uterque *dolo malo fecerit: ambo tenebuntur.* Nam & *si plures fecerint,*

*fecerint, uel corruperint, uel mandauerint, omnes tenebuntur.* Caius: *Adeò quidem, ut non sufficiat unum eorum pœnam luere.l.penulti.§.hoc iudicium. ff.ne quis tum.* Vlpianus: Hoc iudicium *in factum est:* & *si plures deliquerint, in singulos dabitur.*

Vno *contextu actionis testari oportet.Est autem unus contextus: nullum alienum actum testamento intermiscere.* Quod *si aliquid pertinens ad testamentum fiat, non uitiatur.* Vlpianus *in l.hæredes.in fin.ff.qui testament. facere poss.*

Vocabula *rerum immutabilia sunt, hominum mutabilia.l.iiij.ff.de leg.j.* R*erum enim uocabula immutabilia esse, hominum mutabilia.* Vide, Rerum.

Voluntates *defunctorum sunt seruandæ.* Nouell. *de his qui nupt.iter.§.disponat.* Constitu. XXI. *de adsertionibus eorum, aliud ius est.l.rationes.* C. *de probationibus.&* Nouell. *de iureiurand.à morient.præstit.§.j.* Constitu.XLVIII.

Voluntas *Testatoris magis inspicienda est, quàm uerba.l.cùm in te.in fi.C.de fideicommiss.libertatib.& l.pœnales.§.fin.ff.ad leg.Falcid.l.ubi purè.in fin.ff.ad Senatusc.* Trebellianum.

Voluntates *testantium plenius interpretamur.* Paulus *in l.in testamento.ff.de reg.iur.*

Voluntates *ultimæ sunt fauorabiliores, quàm contractus.d.l.in testamentis.l.quæ conditio.ff.de condit.& l.qui insulam.ff.de uerb.oblig.*

Voluntas *ultima conditionalis non transmittitur ad hæredes: cùm tamen contractus conditionalis porrigatur hæredibus.Instit.de uerbor.obligat.§.ex conditionali.l.j.§.si autem.C.de caduc.tollend.* Nouella.*de hæredibus &*

*falcid.*

*falcid.§.his igitur.Consti.j.*

Voluntas *testatoris est ambulatoria ad mortem usq;. l.iij.§.fin.ff.de adime.uel transfere. legat.* Et *l.iiij.ff. de aliment.& cibar.legat.*

Voluntas *coacta habet excusationem.l.si seruum.*C. *de sepulcr.uiolat.*

Voluntas *coacta, est aliquo modo uoluntas.l.si mulier.§.si metu coactus.ff.quod met.caus.*

Voluntas *in maleficijs, non exitus expectatur.l. diuus* Hadrianus.*ff.ad leg.*Cornel.*de sicarijs.*

Voluntates *defunctorum non sunt nimis strictè interpretandæ.l.plenum.§.sed & si pecoris.ff.de usu & habitatio.*Vlpianus.*Hoc amplius etiam modico lacte usuram puto.*Neque *enim tam strictè interpretandæ sunt uoluntates defunctorum.*

Voluntates *hominum sunt uariæ.l. quia poterat.ff. ad Senatusconsult. Trebellianum. Vlpianus. Non enim præscribi hæredi instituto debet, cur metuat hæreditatem adire, uel cur nolit: cùm uariæ sint hominum uoluntates, quorundam negotia timentium, quorundam uexationem, quorundam æris alieni cumulum ( tametsi locuples uideatur hæreditas ) quorundam offensas uel inuidiam, quorundam gratificari uolentium his, quibus hæreditas relicta est, sine onere tamen suo.l. non nudo.*C. *de emancip. liber.l.cùm eum.*C. *de adoptionib.l.j.*C. *de rebus alien. non alien.*

Voluntas *tacita ualet.l.patre furioso.§.sed & si ambo.ff.de his qui sui uel alie.iur.sunt.*Vlpianus:Sed *& si ambo in furore agant,& uxor & maritus, & tunc concipiat: partus in potestate patris nascetur,quasi uoluntatis reliquijs in furiosis manentibus.*

x L.ij.

*L.ij.§.uoluntatem.ff.solut. matrimo.Idem*: Voluntatem *autem filiæ, cum pater agit de dote, utrum sic accipimus, ut consentiat: an uerò, ne contradicat filia? & est ab* Imperatore Antonino *rescriptum: filiam nisi euidenter contradicat, uideri consentire patri.*

Voluntas *spectanda est in fideicommisso.l penult.ff. de legat.1.*Paulus:*Sola enim uoluntas seruatur in fideicommißis.*

Voluntas *prima, trahit ad se ultimam.l.si mihi & Titio.§.fin.ff.de legat.ij.*

Voluntas *ultima est seruanda.l.j.C.de sacrosan. eccl.* Constantinus: *Et non sint cassa iudicia eius. Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm ut supremæ uoluntatis, postquam iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus: & licitum, quod iterum non redit, arbitrium.l.fi.ff. mandat. & l.sed & si.§.ex quibus.ff.de iudic.*

Voluntas *& propositum distinguunt maleficia.l.qui iniuriæ.in princip.ff.de furt.*Paulus: *Qui iniuriæ causa ianuam effregit: quamuis mihi per alios res amotæ sint: non tenetur furti. Nam maleficia uoluntas & propositum delinquentis distinguunt.instit.de obligatio. quæ ex quasi delict. nascunt.§.placuit.*

*L.j.C. ad leg.Corneliam de sicarijs.* Antoninus: *Crimen enim contrahitur, & si uoluntas nocendi interoedat. Cæterùm ea, quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidũt: fato plerunque, non noxæ imputantur.*

Voluntatem *suam an quis declaret uerbis, an rebus ipsis nihil interest.l.de quibus.§. nam quid interest.ff. de legib.*Iulian. *Nam quid interest, suffragio populus uoluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis?*

Voluntates *legitimè contrahentium seruandæ sunt.*

*l.pen*

l.penul.in fin.C.pro socio.

Vsucapio est adiectio dominij, per continuationem possessionis, temporis lege definiti. Modestinus in l.usucapio. ff.de usucapionib.

Vsucapio est legalis alienatio.l.alienationis.ff.de uerbo. significatio.

Vsucapionem alienationis uerbum continet.Ibid.in princip.

Vsucapionis interruptio est usurpatio. Oratores autem usurpationem frequentem usum appellant.l. usurpatio est.ff.de usucap.

Vsucapio propriè contingit in rebus mobilibus. Præscriptio in rebus immobilibus. Notatur in l.j.ff. dict.tit.

Imò & in rebus mobilibus procedit præscriptio, hoc est, exceptio longi temporis.l.rescriptis.ff.de diuers.& temporalib.præscriptionib. Martianus: Rescriptis quibusdam diui Magni Antonini cauetur, ut in rebus mobilibus locus sit præscriptioni diutinæ possessionis.

Vsucapere sciens rem alienam non potest.l.fine.ff.de usucapionib.

Vsucapio sine possessione contingere non potest. Licinius Rufinus, in d.l.fine.ff.dict.tit.

Vsusfructus est ius alienis rebus utendi, fruendi salua rerum substantia. Paulus in l.j.ff. de usufruct. Est enim ususfructus ius in corpore: quo sublato & ipsum tolli necesse est.l.ij.ff.eod.tit.in princip.

Vsusfructus appellatione proprietas continetur.l.fi. ff.de usufr.ear.rer.quæ usu consu.

L.sed si sic.ff. de usu & habitatio. & l.duo.ff. de seruit. prædior.rusticor.

Vsusfructus *cui legatus est: is etiam inuito hæredē, eum extraneo uendere potest.* Iulian. *in l. cui usus fructus. ff. de usufruct.*

Vsusfructus *utilitas potest alienare extraneo ut is emolumentum percipiat. instit. §. item finitur. eod. tit.* Item *finitur, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur, nā cedendo extraneo nihil agitur.*

Vsusfructus *finitur.* I. *Morte usufructuarij, & duabus capitis deminutionibus maxima & media.* II. *Non utendo.* III. *Si domino proprietatis ab usufructuario cedatur: uel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res consolidatio adpellatur.* IIII. *Extinguitnr usus fructus si ædes incendio consumptæ fuerint, uel etiam terræmotu, uel uitio suo corruerint, & ne arcæ quidem usus fructus debetur. instit. dict. tit. §. item finitur.*

Vsufructuarius *modicam refectionem præstare cogitur. l. usufructu legato. §. unde* Celsus. *ff. de usufruct.*

Vsus *& usus fructus eōdem tēdunt. l. proinde. ff. de usuf. ear. rer. quæ usu consumunt.*

Vsus, *ijsdem modis, quibus usus fructus, constituitur: ijsdemq́; finitur. instit. de usu & habit. in princ.*

Vsuræ *non propter lucrum petentium, sed propter morem non soluentiū infliguntur.* Paulus *in l. cum quidam. §. quid enim. ff. de usur.*

Vterini *dicuntur, quasi ex eodem utero nati, & non ex eodem patre.* Notatur *in l. fratres uel sorores. C. de inofficios. testament.* Nouell. De *consangui. & uteri.* Const. LXXXIIII.

Vtile, *non uitiatur per inutile. c. utile. de reg. iur. lib. vj. l. j. §. sed & si mihi. ff. de uerb. oblig.* Vlpian. *Duæ sunt*

*ſunt quodammodo ſtipulationes, una utilis, alia inutilis: neque uitiatur utilis per hanc inutilem.l. ſed etſi decem. ff.de conſtit. pecun.l. Pedius ff. de recept.l. actus.ff.de reg. iuris.*

Vtilitas *actionis directæ præfertur.l. procuratore in rem ſuam.ff.de procuratorib.*

Vtilitas *publica, præferēda eſt priuatæ.l.iij.C. de primipil.Diocletia.& Maximian.Vtilitas publica præferenda eſt priuatorum contractibus.l.actio.§.Labeo.in fi.ff.pro ſocio.l.j.§.fin.C.de cad.tollend.*

Vxores *à uiris defendi debent, non autem econtrariò. §.patitur.inſtit. de iniurijs.Defendi enim uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt.l.ij.ff eod.tit.*

Vxori *per uirum accedit honor naturaliter.l.j.C.de in ius uocand.l.princeps.ff.de legib.*

Vox *unius, uox nullius.l.iuriſiurandi.§.ſimili modo.C. de teſtib.Conſtantinus: Simuli modo ſancimus, ut unius teſtimonium nemo iudicum in quacunque cauſa facilè patiatur admitti. Et nunc manifeſtè ſancimus, ut unius teſtis omnino reſponſio non audiatur, etiam ſi præclaræ curiæ honore præfulgeat.*

Vox *patris, eſt uox filij, & econtra.inſtit. de inutil. ſtipulationibus.§.ei uerò.Ei uerò, qui iure tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia uox tua, tanquam filij ſit, ſicuti & filij uox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi adquiri poſſunt.*

Vox *ſerui, eſt uox domini.inſtit.Ibidem.l.ſi ſeruus.ff.de damn.infect.Iulianus: Si ſeruus communis damni infecti ſtipulatus fuiſſet, perinde habetur, ac ſi ipſi domini ſua uoce pro partibus ſtipularentur.*

*L.ij.ff. de ſtipulatio. ſeruor.l. ſi ſeruus.ff.eod. titu.* Pomponius: *Si ſeruus meus à liberto meo operas ſibi dari ſtipulctur, inutilem ſtipulationem eſſe, Celſus ſcribit, atque ſi non adiecto hoc uerbo,* Sibi, *ſtipulatus fuerit.*

*